¶Ex ſupradictis fac regulam cū ertēſionibus ꝛ limitationibus. Regula eſt. q̄ ſi maritus habeat dotē cum vroreſua et.d.dos eccedat legittimā aliorū filiorū dotātis q̄ p̄diu durat matrimoniū maritus nō poterit cōueniri aliqua reuocatoria.actione reſpectu illius exceſſus quia talē dotē non habet ex titulo lucratiuo imo ex ti.oneroſo iuribus ſuperius allegatis ¶Primo extēdo.d. regulā non ſolū quādo eſt certū q̄ maritus ignorauit.d.fraudē a patre dotante comiſſam quo caſu certū eſt maritū nō pati reuocationē alicuius partis dotis.d.ſ. a ſocero. verū etiā quando ſumus in dubio an ſciuit vel ignorauit quo caſu preſumitur ignorantia.d.l.veriꝰ ꝛ in dubio non preſumitur delinquere.d.l.merito. ¶Extēdo ſecundo di 150 ctam regulā nō ſolum habere locū quando dos fuit promiſſa marito ꝛ tradita verū etiā ſi ſolum ſit promiſſa nā hoc caſu poterit maritus agere contra heredes ſoceri dotantis ad petitionē.d.dotis.ſ.cōtra filios ſoceri qui ſunt in.d.dotis conſtitutione ō fraudati ſua legittima q̄ probatur quia dare ꝛ promittere idem ſunt.l. ſi. C.ad legem fal. ¶Facit 151 text. expreſſus in. l. ſi. ibi. Sed et promiſſa exigetur.ff.de colla.dotis.vbi eſt text.nota q̄ quando filia nō compellitur cōferre dotē q̄ eſt in caſu quando nō vult vniuerſaliter ſuccedere q̄ nō ſolum nō confert dotē ſibi datam ſed etiā promiſſam exiget.

¶Additio. ¶Confirma opinionem autoris ex congeſtis a Tiraquello.in tract.de vtroque retract.char.cccxcvii.nu.xxxij.cum pluribus ſequentibus.et adde q̄ ad hoc vt collatio habeat locū inter deſcendētes requiritur q̄ tales deſcendētes

Universidad de Salamanca. BGH

ſuccedant titulo vniuerſali.alias ſecus. Jaſo.in.l.emãcipati.nu.xxxv.C.de colla. Joã. bern.in tract. Fallenti.regul.cxliij.ꝛ de iure

Lex regni. Conferẽda que ſint. Regio adde.l.xxix. Tauri.et que ſint conferenda explicat optime ℙet.a ferra.in prari in forma libelli.pro here.vel re ſingula.diuidenda.ſuper glo.cõm et pro in diuiſo.num. xj.cum ſeq. aduentitia an ſint cõferẽda vi. ℙaul.de ca.in.l.vt liberis.nu.v.C.de colla. et ibi etiam in nu.iij.quid de dote ꝛ donatione propter nuptias. et materia collationũ ſatis expedita eſt a Caſſan. in conſuetudin. Burg. Rubri.vij.ſ.v.in parte(me illeur la vltre)nu.ij.cum ſequenti. ¶ Sed circa predita dubito quid ſi pater tradidit filio libros ad ſtudendũ.et poſtea venit ad diuiſionem. an eos habere debeat preciſpuos tãq̃ ſibi donatos.de quo dubio vide ℙaul.de caſt.in. l.ſi donatione.nu.iiij.ꝛ in.l.illud.nu.v.C.de colla. Jaſo.in autb.q̃ locũ.col.ti. eo.titu. Ripp. in.l.in ẽrtã.ff.ad legẽ falcid. Alcia. in tract. de preſump.regul.j.ꝑſum.vij.optime p Gometi. in.l.xxiij.nu.ij.et in.l.xxiiij. nu.xvj.et in.l.xxvi.nu.xiiij.et in.l.xxvij.nu. xviij.in deciſſio. Tauri. Regia.l.iij. ti.iiij. part.v.et.l.v.titu.xv.parti.vj. Did. ℙer. ¶ Ita etiã dicim⁹ in pũcto qñ dos fuit p̃miſſa viro in fraudẽ aliorũ filiorũ quã fraudem ignorauit vir poterit.d.vir eã exigere a fratribus ſue vroris et dicti fratres nõ poterũt opponere viro de immenſa conſtitutione dotis q̃ eſt notandũ.facit quia ſi maritus fecit pactũ de lucranda dote vroꝛe in matrimonio mortua non tantũ habet locũ. d. pactũ in dote ſoluta ſed etiã in dote promiſſa glo. eſt iũcto ter.ꝛ ibi ℙau. Alex.ꝛ Jaſ.in.l. ſi donaturus.ſ.ſi.ſuper.ver.dum tarat.ff.de
152 condi.ob cauſam dato. ¶ Tertio exteñdo.d. regulã non ſolum habere locũ quando matrimoniũ conſtatet eſt dos penes maritum qui eã dicitur habere ex titulo oneroſo verũ etiã ſi ſolutũ eſt matrimonium morte vroris vel vroꝛe viuente nomine ipſius vroris petant.d.ſi filij dotẽ maternam quia titulus dotis non tantũ eſt oneroſus ex parte mariti vt prediꝛi verũ etiã ex parte filiorum dotẽ maternã petẽtiũ ita dicit ſingulariter Bar. in.l.ſi conſtante.in prin.in.rj.col.in.x.q.ſ.ꝓtis princip.ver.quero vtrũ poſſit nomine corũ vel nomine matris.ff.ſolu.matri.refert ꝛ ſequitur Ange.de Are.in.ſ.ſi res aliena.in ij.col.inſti.de lega.d. Alex.in.d.ſ.ſi a ſoccro in apoſtillis ad Bar Jaſ. in.d. ſ. itẽ ſi quis
153 in frau.in prin.vj.col. ¶ Quarto exteñdo. d.regulã non ſolum quãdo cõſtat matrimoniũ ꝛ dos ſtat penes maritũ propter ſubſtinenda onera matrimonij quo caſu nõ debitur in maritũ actio revocatoria ſtãte bona fide ipſius mariti vera vel preſumpta verũ etiã quando ſolutũ eſt matrimonium morte vroris et dos remanet penes maritũ ex pacto de lucranda dote eſt huius extenſionis ratio quia nõ ſolũ dicitur habere maritus titulũ oneroſum in dote conſtante matrimonio.ſed etiã in lucro dotis quẽadmodũ nũc exemplificaui cum precceſſit cauſa oneroſa.i. titulus dotis iſtud eſt q̃ in terminis voluit glo.no.in.l.ſi donatur⁹.ſ.ſi.in glo.ſi.in verbo.dumtarat.ſequuntur ibi Bal.ꝛ alij.ff.de condi.ob cau.dato.facit ter.in.l.j.ſ.lucratiua.in ver.ſi vero vel ſocer. C. de impon. lucra.deſcrip.li.x. vbi ſi ſocer dederit dotẽ pro filia vel nepote non dicitur dicta dos cõnumerari ſecundũ cauſas lucratiuas. licet. d. dos vertatur ad lucrum et ibi Ange. põderat illum ter.ad hoc facit pro hoc q̃ voluit Bal.in.l.hac edictali.in prin.C.de ſecundis nupt.in.iij.col.ver. pone q̃ appoſitũ pactũ de lucranda dote.ꝛc.vbi dicit q̃ lucrũ dotis q̃ conceditur marito propter expẽſas nõ dicitur titulus lucratiuus idem Bal.in auct. ꝓterea.in pe.col.C.vnde vir ꝛ vxo. ꝛ Bal. in.l.cũ multe in.ij.col.C.de dona. ante nuti.facit pro hac concluſione illud q̃ voluit glo.ſingula.in.l.ſi duo.quã ibi Jmo.ꝛ moder.no.ad hoc.ff.de acq.heredi.ꝛ.d. Alex. in.l.iuris ignorãtiam.C.qui admi.q̃ quãdo lucrũ trahit originẽ a dãno. q̃uis de p̃ſcuti ſit lucrũ tamẽ.indicamus pro vt de damno de quo videas per Jaſo. in. d.Iuris ignorantiã.licet contra hanc concluſionẽ faciat ter.in.l.ſi ab hoſtibus.ſ. ſi vir. in vbo lucri. ff.ſolu.matri.ſed Ludo. Alex.ꝛ Jaſ.in.d. ſ.ſi.l.ſi donaturus.dicũt q̃ impropꝛie ponitur ibi lucrũ vel dẽ lucrũ habito reſpectu ad
154 p̃ſis ſecũdũ Jaſo.ibidẽ. ¶ Quinto exteñdo. d.regulã: non ſolũ in dote vera ꝛ marito vero:ſed etiã in dote putatiua ꝛ matrimonio putatiuo quo caſu maritus dicitur habere in tali dote etiã titulum oneroſum ſecundũ gloſ. in.l.proculus.alꝫ eſt.l.ancilla. in gloſ. ſi.ſuper verbo poſſidet.ff. de iure doti.quã pro no.ſequitur.d. Alex.in.d.ſ.ſi a ſocero. ꝛ eã reddit vnicã ꝛ ſingularẽ. Jaſo. in.d.ſ. item ſi quis in fraudẽ.in.vj.col.

¶ Additio. ¶ Adde Antoni.neguſati. in tracta.de pigno.in.ij.

part.membro.iiij.nu.cv.Bal.nouell.de dote in.rj.par.princ.in diferẽtia.xxij.nu.xlviij. Campez.de dote.q.viij.in.xij. volu. tracta. Joan.lup.in repe.Rubri.ſ.lxij.num.xxiij. Suarez in.l.j.titu. delas ganancias.in pri. lib.iij.fol. Segura.in tract de. bon. lucratis conſt.mat.col.xxxij.nu.xcvij.optime Moſti. in ſũma. rerũ amota.a quo puto extractã.

Regia lex Tauri. l.lxxij. Tauri idẽ diſponẽte in matrimonio putatiuo quod in vero.et Bar.bꝛiẽſi.in. q.lxiij.dominic. Vida. Couarru. in epitome.ij.par.c.vj.ſ.viij.nu.xxv. et ſingulariſſime per Andreã tiraquell.in legibus connubialibus.in.l.xv.de iure mariti in gl.vj. nu. ccxxxij.ebar.cxcv.que omnia ſunt notanda ad ter.in.c.j.cum aliquibus ſequenti. vbi late ego diꝛi de donat. inter. virum. et vxorem. Didacus ℙerez.

¶ Exemplificemus nũc. ¶ ℙonamus q̃ duo ſunt in gradu prohibito ad cõtrahẽdũ matrimonium cõtraxerũt illud de facto credendo q̃ illud poterant contrahere ex eo q̃ ignorauerunt cõſanguinitatem et tẽpore cõtractus m̃imonij maritus accepit tã largã dotem a ſocero ſuo q̃ diminuit legitimam aliorũ filiorũ.ꝛ de fraude hac non participauit.ꝛ ſic multo tẽpore ſteterint vir ꝛ vxoꝛ in.d.matrimonio putatiuo ꝛ inde liberos procreauerũt poſtea forte mortuo ſocero reperierũt qualiter erant in gradu prohibito cõtrahendi matrimoniũ mittũt Romã ꝑ diſpenſatiõe quã ex aliqua iuſta cauſa credũt conſequi.interim veniũt filij alij fratres vroris..ꝛ dicũt quod ſuppleat eis legittimã q̃ ꝑ dotis conſtitutionẽ fuerat diminuta opponitur ex parte viri q̃ nõ poteſt ab illo peti replicatur per alios fratres vroris q̃ nõ conſtat matrimoniũ poterit duplicari per virũ q̃ licet nõ cõſtet matrimoniũ verum cõſtat eſſe putatiuũ ꝛ q̃ eodẽ modo habet dictam dotem ex titulo oneroſo propter cauſam p̃cedentẽ et quia de proximo ſperant q̃ dictũ matrimoniũ putatiũ efficietur verũ ex diſpenſatione ſuperuenture ex iſtud eſt notabile licet aliquantulũ dubium.

¶ Additio. ¶ Adde Vida. Couarrui.in epiſtome. ij. part.c.v iij.ſ.viij.nu.xij.vbi pptime loquitur. ¶ Et adde dictũ notand. Bar.in.l. eum qui.col. ij.ff.veſta. homi.quod refert ꝛ ſequitur Couarru. vbi ſupra. nu. xiij. et vltra eũ Dipol.in.l.pen.nume.xij.ff.de queſtio Ctſont. in.l.ij. Tauri.col.iij.nu.xiij. Did. ℙerez.

155 ¶ Sexto extendo.d.regulã non ſolum habere locũ quãdo vterq̃ tã ſocer dorãtis quã gener dotẽ accipiẽs fuerint in bona fide hoc eſt quia ſocer credebat q̃ bona q̃ tibi remanebãt extractata. dote ſufficiebãt ad integrã legittimã aliorum filiorũ q̃ poterẽt eſſe quod ꝺs pl⁹ credat ſe habere quã habet. inſti. ꝺb⁹ ex cau. man. ls vel nõ. ti. ij. in fraudẽ. v. ſepe. ¶ Et ſimiliter gener credat q̃ cetera bona q̃ remanebãt penes ſocerũ erãt multũ ſufficiẽcia pro integra legittima cõſeruãda aliorũ filiorũ verũetiã quando ſocer fuit in fraude q̃ ſciebat q̃ alia bona que penes ſe remanebãt nullo mõ ſufficiebãt ad legittimã filiorũ ꝛ ſic dorauit filiã in fraudẽ filiorũ ꝛ pcõ ſeq̃ns in fraudẽ creditorũ cũ filij in ſua legitima ſint quaſi creditores vt prediꝛi ſi tamẽ gener nõ ſciuit dictã fraudẽ quo caſu cũ cõſtante matrimonio habeat titulũ oneroſum in dote erit neceſſe ad hoc vt illud in quoſocer comiſſit fraudẽ reuocetur a genero q̃ eodem modo ipſe participaſſet in fraude vna cum ſocero pro quo facit ter.in.o.l.fina.ſ.a ſocero ibi(in maritum autem qui ignorauit non dandã actionem non magis quã in creditorem qui a fraudatore q̃ ei debetur accepit)pondera ibi verbũ qui ignorauit. ſ. gener ꝛ aliud verbũ a fraudatore. ſ. ſocero et verbum non dãdam actionem in maritum vbi clare probatur q̃ contra maritum qui fuit in bona fide non datur actio creditoribus. i. filijs licet ſocer fuit fraudator. hoc idem probat in.l.hac in factũ actione. ibi. ergo ſi fraudator pro filia ſua dotem dediſſet ſcienti fraudari creditores. filia tenetur vt cedat actionem vt de reuocatoria aduerſus maritum. ff.de bijs que in frau. credi. pondera verbũ fraudator.i.ſocer ꝛ verbum ſcienti.i.genero ꝛ verbum aduerſus maritum vbi probatur q̃ propterea maritus tenetur creditoribus i.filijs actione reuocatoria quia ambo.ſ.ſocer ꝛ gener fuerint in fraude a contrario igitur ſenſu ſi ſocer ſolus fuiſſet in fraude ꝛ eã fraudem ignoraſſet gener non teneturalia qua reuocatoria ad idem facit ter.in.l.pen. C.de reuo.hijs que in frau.cre. ibi per actionem infactum contra emptorem qui ſciens in fraudem comparauit. ¶ Et ibi probatur q̃ quando aliquis habuit a debitore qui habebat creditores bona ti.oneroſo vt ibi emptorem ꝛ ibi cõparauit ſi fuit in fraude vt ibi qui ſciens in fraudem vna cũ ſocero ſuo vt ibi fraude tenetur reuocatoria alias ſi ſolũ debitor ideſt ſocer dotem fuit in fraude ſi

Adde.l.vij. ti.ij.part.v.

Universidad de Salamanca. BGH

taſſhen gener nõ fuit ſciẽs nõ habitur cõtra
eum aliqua actio reuocatoria ⁊ hoc clare di
cit Rapha.cum.in.d.ſ.ſi a ſocero. ſeptimo
extendo non ſolũ qñ dicta dos q̃ excedit cõ
ſiſtat in dote ꝓncipali verũ etiã ſi dict⁹ exceſ
ſus cõſiſtat in augmẽto ipſius dotis q̃ pote
rit ꝓbari ex bijs q̃ dicit. Jaſon in.l.ſerui ele
ctione. in prin.in.ſ.no.ff.de le.j. ¶Primo
156 limito.d.regulam quando filia dotata abſti
Idem pro- nuit ſe ab hereditate patris quo caſu nõ cõ
bat regia.l. pellitur cõferre dictam dotem.d.l.fin.ibi ab
xxix. in cer- ſtineat ſe bonis.ff.de coll.dotis. neq; etiam
tijs Tauri. reuocabitur per ea q̃ ſupradicta ſunt max
me p.d.ſ.ſi a ſocero.neq; obſtat q̃ dicit ter.
in auct.vnde ſi parens.C.de inofficio.teſta.
ibi(licet autem ei qui largitate meruit abſti
nere ab hereditate dũ modo ſuppleat ex do
natione ſi opus ſit cetcrorũ portionẽ) quia
dico q̃ ter.in.d.auct.vnde ⁊ ſi parẽs loquit
quãdo ille qui poſſidet bona q̃ excedit legit
timã filiorũ cõcedẽtis poſſidet ea ti.lucrati
uo.ſ.donationis vt probat ter.in.d.auc. vſi
⁊ ſi parẽt.in quattuor partib⁹ primo.ibi(im
menſam donationẽ.)ſecũdo ibi.(ante dona
tionẽ)tertio ibi(largitatem)q̃rto.ibi(ex do
natione) quo caſu cũ pater alienãdo titulo
lucratiuo nõ põt aliquo mõ filios ſuos de
fraudare in legittima ſibi debita ſed tãtũ in
quinta parte bonorũ.ſi ille in quẽ alienat eſt
Lex regni, extraneus⁊ in tertio ſi ille in quẽ alienat eſt
de filijs vt ꝓbat.d.l.ir.ti.delas mãdas.⁊ ha
betur foro legum.lib.iij.ti. delas dona.l.iij.
⁊.l.vij.⁊probatur in.d.auc.vnde⁊ ſi parẽs.
ibi (tñ ferret falcidiã nomine quantũ debert
poterat ante donationẽ.) ⁊in.l.ſi totas. ibi.
Relinquere neceſſe.⁊ ibi(ex facto donatio
nibus verra actũ.).C.de inoffi. do.et ſic dicta
auc.vnde ⁊ ſi parẽs.non obſtat: quia loquit
quãdo pſ alienauit titulo lucratiuo nos ve
ro loquimur qñ alienauit titulo oneroſo.ſ.
titulo dotis q̃ dos dicitur ſtare penes mari
tum ex titulo oneroſo cõſtante matrimonio
tã q̃ apud emptorẽ.d.l.ex promiſſio.ſm au
tem filia dotata ſuccedit vna cum fratribus
ſuis de licentia mariti:tunc debet cõferre do
tem dicta.l.ſi.⁊ per totũ titu.de colla.dotis.
ff.et in.l.filia dotem.⁊ in.l.dotis.C.de colla.
157 ¶Qualiter autem ſit dos que ſtat penes
maritum debeat conferri vide Bart.⁊ mo
dernos in.d.l.dotis.⁊ Bart.in.l.j.ſ.filiam.
ff.de coll.dotis.in quib⁹ locis diſtinguit no.
158 Bar. ¶Secundo limito.d.regulã. quan
do maritus qui dotẽ accepit nõfuit in frau
de vna cũ ſocero fraudatore imo fuit in bo
na fide. quo caſu nõ tenetur ſuppl'ere ex dicta dote legittimam aliorum filiorum ſoceri ſecus tamẽ quando fuit in fraude vna cũ ſocero ſuo quo caſu. poſito q̃ maritus habeat in dicta dote titulũ oneroſum durante matrimonio nihilomin⁹ cõpellet per actionem in factũ ſupplere ex dote ſua portionẽ: aliorum filiorũ ſoceri ex eo quia ſciuit fraudem vt probat ter.in.d.l.hac in factũ actione.⁊.d.ſ.ſi a ſocero.⁊.d.l.pe.C. de reu. bijs que in frau.cred.et fuit ſatis dictũ in vltima ertẽ.ad hanc dictã regulã ſupra. ¶Tertio 159
fallit.d.regula in vxore ſoluto matrimonio
dote ſibi reddita quia cum hoc caſu ipſa ha
beat dotẽ ex quadã donatione ⁊ ſic ex titulo
lucratiuo quo ti.lucrat.nõ potuit pf preiu
dicare filijs in legittima.d.auc. vnde ⁊ ſi pa
rẽs.⁊.d.l.ſi totas. et fuit dictũ in cuidẽtialibus tenet filia ex dicta dote ſupplere aliorũ
fratrũ integrã legittimã etiã ſi dicta filia nõ
ſciuit fraudẽ.d.ſ.ſi a ſocero.q̃ in habẽtibus
titulũ lucratiuũ nõ fit vſia inter ſciẽtiam et
fraudẽ imo vtroq; caſu cõpetit creditorib⁹
contra donationẽ actio reuocatoria.d.l.pe.
d.ſ.ſi a ſocero.⁊not.doct.in.l.ij.C. de reuo.
bijs que in frau.credito.q̃ tamen fallit quã
do ex dicto matrimonio remãſiſſent filij qui
dotẽ maternam peterẽt ad ſuam vtilitatem
quo caſu etiam filijs in.d. dote dicuntur ha
bere titulũ oneroſum vt dixit Bart. in.l.ſi
conſtãte.in.r.q.ij.q.ꝑn. et fuit dictum ſupra
in tertia extenſione ad iſtã regulã quo caſu
ceſſat reuocatoria q̃ eſt notãdũ. ¶Quar- 160
to fallit.d. regula in caſu quo ſocer cõſtitue Quæſtio.
ret dotẽ gſiro exceſſiuã ſcẽm cõditionẽ ⁊ ſta
tum ipſi⁹ mariti vt in hoc exẽplo cũ aliquis
habuiſſet filios et filiam q̃fuit generũ cum
quo filia ſua cõtraheret matrimoniũ ⁊ qua
litas cõditio ſeu ſtatus huius gſiris erat tal
q̃ ſibi ad ſubſtẽtãda onera matrimonij ſufficiebat legittima portio ꝺbita filie i bonis pa
triſ ⁊ tertiũ ⁊ quintũ bonor⁹ paternor⁹.quid
fecit ſocer certe vltra dictam legittimã portionẽ filie ⁊ tertiũ ⁊ quintum bonor⁹ ſuorum
conſtituit nomine dotis eidẽ genero aliquid
plus ꝓpter qđ minuit alior⁹ filior⁹ ſuor⁹ le
gittima eis debita in bonis pfis dico q̃ hoc
caſu licet conſtante matrimonio maritus te
neat illud q̃ maritus habuit vltra q̃ condi
tio ⁊ qualitas ſua requirebat teneꝫ reſtituere aliis filijs dotantis vt eorũ legittima ſup
pleatur ⁊ eſt ratio q̃ in illo exceſſu non dicit
marit⁹ habere titulũ oneroſum etiã cõſtãte
matrimonio ſed titulũ lucratiuũ ⁊ per cõſe-

quens venit reuocandũ per filios ⁊ hoc ꝓ
batur primo per illud q̃ tenet Bart. in.l.ſi
gener.in.ij.col.ff.de bijs qui.vt indi.vbi di
cit q̃ licet pat filio ſpurio poſſit aliquid da
re pro alimẽtis.c.cum haberet.de eo qui du
xit in matri.quam polu. per adul. ⁊ ſic po
teſt ſibi aſignare vnum predium de cui⁹ fru
ctibus poſſit ſe alere ſi tamen aſignet ſibi ta
liter q̃ excedat eius conditionem illud q̃ ẽ
vltra reuocabitur ſecundo facit ter.in.l.ſi fi
lie.ff.de leg.iij.vbi dicit ter. q̃ ſi pater man
dauit dotari filiam arbitrio tutoris q̃ eſt ſi
bi dos conſtituenda ſecundum conditionem
defuncti ⁊ modum facultatum ⁊ numerum
liberorum facit etiam ter.in.l. ſi curatores.
C.de admi.tuto.⁊ in.l.quero.ff.de iur. doti.
⁊ in.l.cum poſt.ſ.gener. ⁊.ſ.neptis. eo.tit.⁊
in.l.tam dementis.C.de epi.audi.⁊ in.l. fu- 161
rioſa.C.de nuptis in quibus cauetur. ¶q̃
quando dos eſt conſtituenda in preiudiciũ
alicuius eſt attendenda conditio ipſius ma
riti allego pro hac limitatione expreſſam de
terminationem Rapha.cum.in.d.ſ.ſi a ſo
cero. vbi ipſe ſic dicit vbi autem dos eſſet ex
ceſſiua conditionẽ mariti tunc poteſt dici q̃
habeat cãm lucratiuã in eo q̃ eſt vltra eius
cõditionẽ ſequit ergo q̃ ẽt cõſtante mꝫimo
nio poterit a marito reuocari p filios dotãtis id qõ habuit vltra ei⁹ cõditionẽ cũ in eo
habeat cãm lucratiuã ⁊ iſta limitatio ẽ mul
tũ notãda ad hoc q̃ quotidie videm⁹ q̃ bẽꝫ
plures filios ⁊ vnã filiã q̃rit ꝓ ea filia mari
tãda generũ alti ſanguinis ⁊ cõditionis in ſi
gnis ⁊ volẽs q̃ deſcendẽtes ex eo nobilitent
tũc cõſtituit eidẽ genero ampliſſimã dotem
vt cũ filia ſua cõtrahat mꝫimoniũ qui illud
non cõtraheret niſi tã ampliſſima dos ſibi p
ſocerũ cõſtitueretur q̃ cũ talis gener ſit ita no
bilis ⁊ conditio ſua exigit tã grandẽ dotẽ q̃
totã illã dotẽ diceꝫ habere titulo oneroſo ⁊
p cõſequẽs nõ erit ab eo in aliquo reuocãda
p filios ipſius dotãtis lꝫ in magna quãtitate
ſunt in ſua legittima decepti ꝓpter ampliſſimã dotẽ a pfe ſuo cõſtitutã ſorori ſue nam
ſumma quãtitas dotis cõpẽſaꝫ cũ ſũma ſanguinis altitudine ipſius generi ⁊ nobili conditiõe ipſi⁹. ¶Facit in ſimili q̃ dicit Bar. 162
in.l.ſi voluntate.per.glo.ibi.C.de dotis pro
miſ.q̃ ſi ruſticus vel plebeius acciperet no
bilem in vxorem ⁊ conſtante matrimonio fa
ceret inſtrumentum de receptione dotis quã
non recepit ẽ nuis in effectu ſit donatio que
inter virum ⁊ vxorem eſt prohibita coſtante
matrimonio.l.j.⁊ per to.ti.C.⁊ff.de donat.
inter vir.⁊ vxo. tñ valet q̃ fit in remuneratio Dictum ſin
nem ⁊ recompenſationem propter inequali gulare.
tatem eorum dicit ibi Bart.q̃ illud eſt ſuũ
nouum dictum ⁊ q̃ cõſuetudo illud ſeruat
idem tenet Bal. in.l.ij.ſ.fi.ff. ſi cert.peta.⁊
illam gl.in.d.l.ſi volũtate.reputat ſingula
rem Bald.in.c.ſup eo.cl.ij.de teſti.⁊ in.c.ſi
cautio.in.j.col.ꝺ fide inſtru.ꝓ q̃ videas ter.
in.l.q̃ iã nupta.ff.de dona.inter vir.⁊ vxor.

¶Addítio. ¶Ad idez adde Abb.⁊ eius addi-
tio.in.c.j. nu. viij.
de adul. Deci.conſi.ccxxxij.nu.iiij. Joa.ne
uizan.in ſilua nupt.li.ij.nu.xxviij. Jo.lup.
in rep. Rub.ſ.r.⁊ i.ſ.xxxj.⁊ Tiraq̃l. in legi
bus cõnubi.fol.xlj.nu.vij.⁊ fol.ꝯo.nu.xviij.
vbi pulchra ſcribit. et hanc dicit communem
Nouell.in tra.dotis.r.par.vſi. quid autem
ſi talis.nume.vij.⁊ Couarruui.in epitome.
ij.part.c.iij. nume.ij. ¶Quis ſecundum eum
Aymõ ſauilla. eam reꝓbet ⁊ male in cõſ.
lj. Didacus ¶Perez.

¶Facit etiã pro hac limitatione glo. not. 163
in.l.apud Celſum. in.ſ. actiones autem.in
verbo alio.ff.de excepti.doli.que dicit q̃ di
citur ex cauſa lucratiua quando res digna
magno precio venditur pro modico.

¶Adde. ¶Elias.in.ſ. autoris. verbo.cauſa. Bart.in.l. meuius.ſ.duobus.colu. vij.num.xiiij.ff. de lega.ij. ¶Plate.in.l.ij.C. de impon.luc.diſc.lib.x. Bart.in conſi.clxj. num.v. Jaſ.in.l.ſi donaturus.colu.iij.ff.de condi.cauſa da. Deci.in.l.imaginaria. nu. ij.ff.de re.iur. Joan.lup.rep. Rubr.ſ.xxix. num.ij. Tiraquellũ.in rep.l. ſi vnq̃.verbo. donatione largitus.nu.iij.cũ.viij.ſequenti. C.de reuoc. do. tert.in.l. ſi quis donationis in fi.ff.de cõtr.empti.⁊ in.l.ſi ſpõſus.ſ.circa. ff.de dona.inter vir.⁊ vxo. Didac. ¶Perez.

¶Unum etiam volo quod addas hijs que 164
dicta ſunt per quod extenditur.d.regula q̃
omnia que ſunt dicta de dote dicas de dona
tione propter nuptias: quia quemadmodũ
dos cõſtante matrimonio dicitur titulus nõ
lucratiuus reſpectu eius qui eã recepit.ſ.ma
riti licet reſpectu vxoris pro qua datur dicatur lucratiu⁹ ita donatio ꝓpter nuptias ꝺf
obuenire vxori ex titulo oneroſo lꝫ reſpectu
mariti ꝓ quo data ẽ dicaꝫ titul⁹ lucratiuus
ter.eſt no.in.l.j.in.ſ. lucratiuas ⁊ ibi ad hoc
notant Bar.Bal.⁊ Jo.de plate.C.de impon.lucra. deſcripti.lib.x. ¶Facit in ſimili 165
q̃ ſicut dos aduẽticia nõ ẽ cõmuniſ pfis ⁊ ſi

Universidad de Salamanca. BGH

lie pro vt est dos profecticia sed est soli⁹ filie glo.in.l.ij.§.q si pris.in.glo. sup verbo.per fecta in.v.in adnēticia sola filia agit.ff.solu. matri. ita simili mō in donatione propter nuptias adnēticia erit dicēdū ꝛ sic facta per traneum filio fami.q actio ad repetendum talem donationem propter nuptias non est cōmunis pris ꝛ filij in potestate sed est soli⁹ filij quia talis cōmunio nō cadit nisi in profecticia.ita.d.Bar.in.l.fi.ad finē prin.C.de iur.doti.refert ꝛ sequit Jaso.main⁹.in.d.§. q si in patris.in.ij.col.ꝛ sic regulā quam supra posui in marito respectu dotis cū suis extensionibus ꝛ limitationibus habebit locū in vxore respectu donationis ꝓpē nuptiat q est nouū et subtile ꝛ per consequens vtile et sic erit menti tenendū quia est quottidianū.

166 ¶Hijs igitur principijs presuppositis pro intellectu huius quattuor decime limitationis ad.d.l.ix.pono exēplū.cū habuissem tres forte filios ꝛ ex vno pauperrimo vnam neptem quam pater suus propter suam inopiā ꝛ paupertatem non poterat dotare ꝛ sic mihi ano incumbebat onus dotandi eā. d.l.dedit dotem.cū alijs superius allegatis marita ui banc neptē ꝛ pro ea nomine dotis genero meo dedi vltra quintā partem meorū bonorum nomine dotis ꝛ forte dedi etiā tertiū q non poterā relinquere in morte neq dare in vita extraneo sed tantū modo filio vel ei qui habeat ius succedēdi per.d.l.ix.me ano eodēq testatore mortuo veniūt filij mei ꝛ dicūt q neptis cū non habebat ius succedendi mihi ano ex eo quia pater suus tēpore mortis aui eā ꝓcedebat q nō erat capax nisi tā tūmodo quinti nō aūt tertij ꝛ sic volūt revocare.d.constitutionē dotis eaten⁹ quatenus tangit tertiū dicendū est per superiora dicti filij.nō admittētur ad revocandū. d.tertiū q cū maritus huius neptis.illud habeat ex titulo oneroso per quē titulū potuit pr filijs suis preiudicare in dicto tertio et ad huc in omni legitima per ea que supra dicta sunt nō patietur revocationē aliquā ꝛ huic limi

167 tationi dabis oēs exēptiones ac limitationes quas supra dedi. ¶Decimoquinto fallit. d.l.ix.in hoc casu cū ego habuissem plures filios ꝛ ex vno nepotē ꝛ voluissem illū filiū ex quo habeo nepotē meliorare in tertio ꝛ quinto rogauerit me pater vt.d.tertiū ꝛ quintū filio suo hoc est nepoti meo reliquissem ego vō aliis filijs cōtradicētibus ꝛ primitus heredib⁹ institutis eidē nepoti relinqui tertiū ꝛ quintū bonorū meorū dico q hoc casu potu

rit.d.nepos cōsequi.d.tertiū et quintū lz sit ali⁹ qui cū precedat tpe mortis aui.l.pr̄ su⁹ ꝛ hoc ꝓbo p sequētia. ¶Primo q cū ego 168
distinaui religare ō bonis meis tertiū ꝛ quintū illi filio ex quo habeo nepotē iā.d.tertiū ꝛ quintū distinctiōe mea erat dicti filij.l.nā et si parētib⁹.in pn.ff.de inoffi.test.l.scripto. in fi.ff.vnde liber.l.fi.in pn.ff.de bon.dān.l.pe. ff.de bon.liber.ꝛ.l.de emācipatis.C.de legi. here.ꝛ sic erat alienū ꝛ de re aliena eo volente cuius est res possunt testari.l. sicut.§.vēditionis.vbi est ter.no.ff.qui.mod.pig.vel.hipo.sol.ꝛ illum.ter.reputat ad hoc singularē Bal.in.c.j.§.pe.qui.mo.feu.ami.ꝛ in.l.vēditioni.C.de vsuc. pro empt.ꝛ in.c.j.§.donare.in.ij.col.quali.ol.feu.pote.aliena. notat Bald in.c.j.in pen. col. de probi. feu. alie. per fcdcri. et in.l. quotiens ab omnibus. C. de fideicomi.et in.l.si tibi.§.de pignore.ff.de pact.ꝛ fn. l. j.in.ij.col.vbi limitat.C.de sac. sanct.eccl.ꝛ in.l.fina.in.ir.col. C. vnde legi. Bal.ꝛ Sali.in.l.cum alienam.C.de lega.

¶Additio. ¶Adde Cepol. in.l.vēditioni.nu. xxij.C.de vsuc.pro emp. Feli.in.c.fi.nu.v. de accusa. Suarez. in repe.l.qñ in prioribus in.v.limita. char. lxxiiij.col.j.C.de inoffi.testa.Bernar.diaz ō luco.in tract. Fallenti.litera. v.regula. cccc lxxxvij. Fabia.a mōte. in tracta.de empti.ꝛ vend.ij.q.prin.nu.j.Segur.in repe.l.si ex legati causa. vsi.quinto facit.nume.cxcij.ff.de verborum obligatio. Didacus ℘erez.

¶Et sic cū dictus filius consensit q de dicto tertio ꝛ quinto que sua erāt sola destinatiōe q ego pr̄ ea nepoti relinquissem nimirū q sibi preiudicet p.d.§.vēditionis. ꝛ lz.d.§. vēditionis.reputetur singularis adde tu tñ simile in.c.j.in prin.quē Bald.ibi.in pe.col. ad hoc.no.de prohibi feu.aliena.per federi. 169

¶Secundoter.in.l.siue.§.fina. iuncta sua glo.ff.de iure patro.vbi dicit tex.et trahitur q liberi liberti qui sunt in pedimento patrono quo minus succedat ipse patronus liberto si nolunt succedere patri.s.liberto faciunt locū ipsi patrono qui alⁱs precedebatur a liberis liberti.simi.ter.est in. l. si ex modica.§. si filius.ff.de bon.liber.sic igitur dicamus in presenti quia cum filius qui precedit nepotem nolit esse melioratus imo q suus filius melioretur q faciat locū nepotici alⁱs prestabat impedimentum ad habendum.d.tertium. 170

¶Facit q per.d.iura dicit Bar.in. ij.§.sed si sint sui.ff. ad Tertull. vbi tenet q 171

si statutum dicit q filia femina nō succedat stantibus filijs intelligitur stātibus filijs qui
172 succedant patri. ¶Tertio facit tex.in.l.fi. C. de pac. vbi dicit tex. q si aliq̄ sperant ali cuius cognati hereditatē potest vn⁹ cognatus per pactū dare alteri illud quod ex successione cognati sperabat consentiente eo de cuius hereditate agitur sic etiam videtur in presenti a fortiori q iste auus cui⁹ successionem sperant filij possit nepoti dare illud tertium consentiente illo.scilicet qui illud sperabat destinatione pris volentis ꝛ dicētis se velle meliorare illum filium qui patri cōsentit vt illud tertium nepoti relinquisset.

173 ¶Quarto facit tex. in.l.dedit dotem.ff.de colla.bono.vbi dicit tex. q si ego auus dotaui neptem meam propter filium. ipse filius videtur eam dotare sic ergo dicamus in presenti. q cum ego legaui nepoti meo dictum tertium ꝛ quintum propter filium meū rogantem me patrem vt filio suo relinquissem tertium. q sibi relinquere volebā q ego video⁹ illud dare filio meo ꝛ ipe filio suo quod bene poterat fieri. Vel possumus dicere alio modo q cum.d.tertium do nepoti propter filium. vt patet quia ad instantiā ipsius hoc facio cum nepos illud tertium ꝛ quintū habeat occasione patris q cēsetur profectitiū. l. sed si plures.§. in arrogato.ff. de vulga. ꝛ pupilla.substi.l.profecticia. in prin.ff. de iure doti.ꝛ glos.ordinaria.in.l.cum oportet. in prin.vbi Bar.C.de bonis q̄ liber.ꝛ q prin de habetur ac si ipsi filio illud relinquissem. ex eo q̄ profectitia etiā bodie in totū acquiruntur patri.vt superius satis dictum est.

¶Adde. ¶Supra in versic. hoc tamen est intelligēdum. num.cxx.ꝛ ibi dixi in additione. Didacus ℘erez.

174 ¶Decimoserto fallit.dict.l.ix.in casu quo ego haberem filios ꝛ ex vno nepote qui mihi ano tot ꝛ tāta seruicia artificialia vel officialia fecerat que equipalebāt tertio ꝛ quinto bonorum meorum vel tertio tātum quia tunc si ego auus inter viuos eidem nepoti donassem tertium ꝛ quintum bonorū meorum vel in vltima voluntate eidem nepoti. d.tertium vel quintum legassem valuisset dicta donatio vl legatum dicti tertij ꝛ quinti. ꝛ est ratio: quia cum dicta donatio sit remuneratoria seruiciorum ꝛ non simplex potius dicetur solutio debita propter seruicia quā donatio .l. acquilius regulus.ff. de donati. l.idem q̄.§.fina. ꝛ l.si vero non remuneran

di..in prin.ff. mand. ¶Facit in simili quia 175
licet donatio facta filio in potestate a patre non valeat.l.ij.ꝛ ibi glos.ꝛ doct.C. de inoffi. donat. tamen donatio facta inter patrem ꝛ filium in potestate constitutum propter bene merita valet glos. in.l. si donatione. vbi moderni.C.de coll.g'o.in auct. vnde ꝛ si parens.vbi etiam docto.C.de inoffi.testam.

¶Additio. ¶Adde Antonem sup. hāc repetitionē.xij.et ibi l addi tione. Joan.lup.in rep. Rubri.de dona.inter vir.ꝛ vxo.§.xlv.nu.xiij. Joan.bernar.in tracta.fallenti.regul.cxlij.ꝛ regu. cccxxxiij. Cassane.in consuetu.burgund. Rubri.vij. §.v.nume.xlvij. Didacus ℘erez.

¶Facit etiam quia libertus potest remu- 176
nerare bene meritos in preiudicium ꝛ diminutionē legittime patroni.l.vnus libertus. ff.si quid in fraud.patro. ergo idem erit in patre vt possit remunerare neptē bene meritum in preiudicium ꝛ diminutionem legittime filiorum cum licitum sit argumentum de legittima patroni ad legittimam filij.l.fi. C.de inoffi.testam. Facit quia licet donatio inter virū ꝛ vxorē constāte mr̄imonio nō teneat.l.donationes.ꝛ p totū ti.C.ō dona.inē virum ꝛ vxo.ff.eo.ti.tñ.si sit remuneratoria seruiciorū valet ꝛ tenet in continēti. vt probatur in.l.qō aūt.§.si vir.ff.de don.inter vi. ꝛ vxo.ꝛ no.℘y.Bal.ꝛ Sali.in.l.si pr̄ puelle. vbi etiam per Jaso.C. de inoffi. testam.

¶Sed supradictis non obstantibus potest 177
dici cōtrarium imo q adeo au⁹ in preiudicium ꝛ diminutionē legittime filiorū nō pōt nepoti q̄ ꝓcedit a pre tpe mortꝫ ani donare vel legare vltra quintū ēt si donet vel leget eidem tanq̄ bene merito. ꝛ pro hoc ego allego glos.not.vbi ex ea hoc no.℘au.de ca.ꝛ. d.Jas.in.d.aucte.vsi ꝛ si parēs.C.de inoffi. testa.quc dicit sēm doc.ibi q donatio etiā ob bene merita facta filio potest tāq̄ inofficiosa revocari vsq̄ ad legittimam filiorū.ꝛ sic pater nō potest remunerare quemq̄ in preiudicium legittime filiorum. Hoc idem tenet Bal.in.l.ij.in.iiij.oppo.C.ō inoff. donati. ¶Non obstat idquod supra dictum 178
est de donatione facta filio in potestate propter bene merita ipsius filij: quia illud ideo est ad hoc vt.d.donatio incontinenti valeat que alⁱs non valeret si simpliciter fieret. non tamen ad hoc vt si fuerint inofficiosa q̄ nō poterit revocari: quia imo poterit vsq̄ ad legittimam filiorum revocari secundum.

Universidad de Salamanca. BGH

¶Pau.de.ca.in.d.auc.vnde ⁊ ſi parens.⁊ ſic etiam poterit reſponderi ad illud quod fuit dictum de donatione inter virum ⁊ vxo.

179 ¶Non obſtat etiam illud quod dictum eſt de liberto qui poteſt donare bene meritis in preiudiciũ legittime patroni: quia aliud eſt in liberto qui in hoc poteſt patrono preiudi iudicare.d.l.viuus libertus. aliud eſt in patre qui in donando nullo modo poteſt filijs preiudicare modo donet ſimpliciter modo propter merita remunerando. d. glo.in.d. aucten. vnde ⁊ ſi parens. ⁊ per hoc patet q̃ illa equiparatio quam facit.d.l.fi. C. de inoffi.teſt.inter legittimam filij ⁊ patroni non ſemper procedit ſecundum Bald. Sali. et Jaſ.in.d.l.fi.⁊ q.d.l.viuus libertus.ſolum habeat locum in donatione facta a liberto: non autẽ in illa que fit a patre tenet ¶Pau.⁊ Jaſ.in.d.auct.vnde ⁊ ſi parens.⁊ Jaſ.in.l. cũ qui.C.de inoffi.teſta.⁊ Bal.in.d.l.ij.in. iiij.oppo.C.de inoffi.dona.

¶Additio.

¶Adde Gomez ariam.in.l.iiij.nu. ciiij.in.ll.Tauri.⁊ Segur.in repe.l.cum patronus col. xj.nu. xxxvj.vbi deſcripſit quattuor vſas inter legittimam patroni ⁊ legittimã filiorũ.ff.de lega.ij.⁊ hic ponit tres. Didacus ¶Perez.

180 ¶Patet etiam quia magis debetur legittima filijs q̃ patronis.quia legittima filiorũ debetur in bonis patris de iure poſitiuo et naturali.l.nã ⁊ ſi parẽtibus.in prin.ff.de inoffi.teſt.⁊ l.ſcripto.in.fi.ff.vnde libe. ſed ea que debentur patrono in bonis liberti debentur de iure poſitiuo ⁊ quaſi naturali. ter.eſt in.l.ſi patron⁹.et ib ¶Pau.de ca.ff.ō noua. patet etiam quia eã que repellit patronũ exheredatũ condito teſtõ repellit eundẽ ab inteſtato a legittima ſucceſſione.l.cum patronus.ff.de iure patro.ſec⁹ eſt in filio. l. in arenam.vbi Jaſ.C.de inoffi.teſt. ¶Itẽ patro

181 nus per cõtra tab.non anullat teſtm̃ liberti in totũ.ſed pro ſua legittima tm̃ vel pro ſupplemento eius q̃ deeſt.l.j.C.de bono. poſſe. cõtra tab.ſ.ſed noſtra.inſti.d. ſucce.libe.ſed illa que cõpetit filio rumpit teſtm̃ in totũ.l. j.C.de contra tab.l.duobus.ſ.cũ emancipatus.ff.eo.ti.et ſic per omnia ſupiora patet q̃ magis debetur legittima filio in bonis patris q̃ patronis in bonis liberti nimirum q̃ nonita de facile diminuatur legittima filiorum propter donationem etiam ob bene merita factã ſicut legittima patroni dicta.l. viuus libertus. ¶Poſſet forte dari concordia per quam ſupra dicta concordentur ⁊ q̃ dicamus ſic q̃ aut iſte nepos ſit bene meritus auo meritis obligatorijs: vt quia tanq̃ artifex ⁊ officialis.aliquas operas fecit auo ad quas ipſe nepos nõ teneatur: lz enim filius vel alij deſcendẽtes teneãtur ad obſequia reuerentialia pr̃i vel aſcẽdentibus. vt in ti. de obſequijs.nõ tm̃ tenetur ad opas tanq̃ libertus.aut iſte nepos eſt bene merit⁹ auo meritis impulſiuis ſeu perſuaſorijs. ¶Primo caſu ſi dicta merita ſunt obligatoria ⁊ ſunt cõdigna dicto tertio ⁊ quinto. aut ſaltẽ tertio tm̃ q̃ tũc poterit illud cõceder e auus nepoti ſupradicto in p̃indiciũ legittime filiorũ.⁊ ita intelligãtur ea que ſupra dixi in prima opinione: Secũdo vero caſu non poſſit au⁹ donare.d.tertiũ.d.nepoti ⁊ ita intelligatur gl. in auct.vnde ⁊ ſi parens.⁊ q̃ ibi dicunt docto. ¶Facit primo pro hac cõcordia exp̃eſſa determinatio Buil.de cu.in.l.ſi tibi. ff. ſi cer.pet.vbi ipſe ſic intellexit.d.l.viuus libertus.vt loquatur de meritis obligatorijs. et gl.in.d.auct.vnde ⁊ ſi parens. vt. loquatur de meritis impulſiuis ⁊ perſuaſorijs. et refert Bald.in.d.l.ij.in.iiij.oppo.C.de inoffi. dona. ¶Facit pro hac diſtinctione quia cũ iſte nepos fecit ſeruicia auo ad que non erat obligatus.ſ.quia eidẽ auo aliquas operas fecit habet auũ obligatum ⁊ ſic contra eum habet actionẽ.⁊ per conſequẽs iſte nepos eſt creditor ſui aui.l.creditores.ff.de verb.ſign. ⁊ per tale creditum debitum per auũ minuitur legittima filiorũ cum omne es alienum ſit ante legittimã extrahẽdũ.⁊ tale es alienũ minuit legittimã. l. ¶Papinian⁹.ſ.fr̃ta.ff.ō inoffi.teſt.⁊.ſ.cũ autẽ.inſti.ad legẽ fal. Sed iſtã cõcordiã non admittit Bal.in.d.l.ij.ibi dũ dicit (p̃ma ſolutio vioreſt) que eſt. vt.d. l.viu⁹ libert⁹.intelligatur tantũ in liberto.⁊. d.gl.in auct.vnde.⁊ ſi parens.intelligatur tãtũ in p̃e. Jta etiã videtur ſentire ¶Pau. de ca.in.d.auct.vſi ⁊ ſi parẽs.dum illã gl.intellexit ō meritꝫ obligatorijs.⁊ poſtea ſubdit q̃ ſicut dõatio ſimplẽr i officioſa revocat vſq̃ ad legittimã.ita ⁊ donatio ob merita facta. ⁊ ſic q̃ nõ põt p̃ remũerare aliquẽ in p̃indiciũ filior⁹ ⁊ ſic oẽs docto. ſimplr̃ vt nullo mõ minuat legittima filior⁹ ꝓpter quãcũq̃ dõationem. Sed dicti p̃es nõ reſpõdet fundamẽto ſupra poſito.ſ.q̃ cũ au⁹ ſit debitor ſui nepotis q̃ illud debitũ tãq̃ es alienũ minuit legittimam.d.ſ.quarta.⁊. d. ſ. cum autem. Eſſi poſſet finaliter in hoc caſu cõcedi q̃ tal' nepos ſit capax.d.ſtij q̃ttuor cõcurrẽtib⁹ vel

184 quinq̃. ¶Primũ q̃ dicta ſeruicia ſeu merita ſint obligatoria vt ſupra exemplificaui: quia tunc cũ inducant obligationẽ in ipſum auũ.⁊ auus teneatur ad dicta ſeruicia illud es alienum quod nepoti debetur propter dicta ſeruitia minuit legittimam filiorum. d.

185 ſ.quarta.⁊.d.ſ.cum autem. ¶Secundum q̃ iſte nepos qui dicta ſeruicia obligatoria fecit auo ſuo illa nõ fecit animo donãdi ſed animo repetendi q̃ in dubio preſumit̃.arg. ter.in.l.cũ ō indebito.in prin.ff.de probatio.

¶Additio.

¶Adde Jmol. coſ.xxix. Lepol.in cõſ.ciuili.lxiii.nu. xij.⁊ in tract.de ſimula.contractus.preſum. xxiij. nu. lxxvij.Mipoli.in conſi.cxxiiij.nu. viij. Jaſo.in.l.ſi fundum per fideicomiſſum. nu.xix.ff.de lega.j. Caſſanc.in conſuetudi. Burg.fol.cccij.nu.xxv. et Tiraq̃ll.in repe. l.ſi vnq̃.in verbo. donatione largitus. nu. clxviij.⁊.clxix.C.de reuocãd.don.⁊ in tract. de vtroque retra.fol.ccciiij.nu. l. ¶Fatuitas potius q̃ donatio eſt preſumenda ſcẽm Bal.in.l.generaliter.col.iij.nu.v.C.nõ nu. pec.q̃ reputat ſingulare Jaſ.in.l.cũ qd.in. j.lectiõe.nu.ix.ff.ſi cert.pet. Dida. ¶Perez.

Fatuitas potiꝰ q̃ donatio eſt p̃ſumend.

186 ¶Facit quia quãdo filius vel alius deſcẽdẽs fecit aliquid pro pſe vel auo ad q̃ ipſe filiꝰ vl̃ nepoſ nõ tenebatur nõ videt̃ indubio illd̃ feciſſe ao donãdi imo ao repetẽdi ter. eſt no.quẽ ibi põderãt Bart. Sali. Ange. ¶Pau.de ca.⁊ vſis Alex.in.l.ſi filius. C. de nego.geſt. Facit ter.in.l.heredes.ſ.ſi filius. ff.fami.ber. ¶Tertiũ q̃. d. ſeruicicia ſint cõdigna ⁊ equialẽtia.d.tertio: q̃ alꝰ ſi ſeruicia forte attingerent ad centum tantum ⁊ tertiũ bonorũ teſtatoris excederet centũ.in illo exceſſu non eſſet ſolutio debiti.ſed ſola liberal' donatio q̃ non valeret cũ ſint perſone que non habent ius ſuccedendi vt eſt nepos qui precederetur a patre tẽpore mortis aui.

187 ¶Facit q̃ ad hoc vt dõatio facta filio in poteſtate a pſe ꝓpt̃ merita valeat in cõtinẽti eſt neceſſe q̃ bñ merita ſint equialẽtia donationi.ita tenet.Bar.in.l.ſi quis ꝓ eo.ſ.j.in fi. ff.de fideiuſſo.⁊ in auc.vſi ⁊ ſi parẽs.vbi etiã Bal.⁊ Sali.in.l.illud.C.de ſacro ſan. eccl. Jmo.in.d.l.aquilius regulus.ff.de dona.

188 ¶Quartũ q̃ au⁹ tpe quo relinqt nepote. d.tertiũ dicat.q̃ illud relinquit eidẽ nepoti ao cõpẽſandi cũ debito illo q̃ ſibi dz ex ſeruitijs ſibi p̃ dictũ nepoté collatis alꝰ ſi auus hoc exp̃ſe nõ dixiſſet q̃ animo cõpẽſandi relinquebat nõ voluiſſet q̃ tunc eſſet ỹa donatio cũ eſſet verũ legatũ q̃ eſt donatio.l. legatũ.ff.de lega.j.§.j.inſti.de legatis.q̃ donatio nõ cadit in.d.tertio. qſi nõ ſit filio vel ei qui nõ habet ius ſuccedẽdi ex neceſſitate.vt ſupra dixi pro hoc eſt ter.in.l.creditorẽ.ff.de lega.ii.⁊ in.l.vni.in.§.ſciẽdum. C.de rei vxor. acti. quib⁹ cauetur q̃ legatũ relictũ a debitore creditori nõ intelligit̃ relictũ alio cõpenſandi cum debito niſi exp̃reſſe ſit dictũ cum igitur auus ſit debitor dicti nepotis ⁊ ſibi relinquit tertium niſi exp̃reſſe dicat q̃ illud relinquit animo compenſandi cum illo debito q̃ ſibi debet ex dictis ſeruicijs intelligeretur tunc illud tertium donare. ⁊ ſic non valuiſſet. vt dixi. ¶Nec obſtat. ter. in auc. preterea. C. vnde vir ⁊ vxor. vbi eſt caſus q̃ quando debitor legat creditori q̃ in dubio videtur eidem legare animo compenſandi cum debito. 189

¶Additio.

¶Adde Guliel. Benedict. in repeti. c. Rainutius. verbo. et vxorem nomine Adelaſiam. nume. ccxlj. de teſtam. et Autor. infra. in. v. facit pro hoc q̃ dicit Bald. nume. ccxiij. et ibi latiſſimam additionem. Didac. ¶Perez. ¶Quia ille ter. loquitur in debitore legali ⁊ neceſſario qui in dubio non eſt credendus legare animo donandi cum in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. l. rem legatã. ff. de adimen. et tranſferen. le. Nos vero loquimur in debitore voluntario. vt eſt auus qui voluntarie factus eſt debitor ſui nepotis propter ſeruicia ſibi ex ſua voluntate per nepotem collata. ⁊ ita intelliguntur dicta iura. ſ. d. l. creditorem. ⁊. d. §. ſciendum. ſecundum Bar. ⁊ docto. in. d. auc. preterea. ⁊ in. l. ſi cũ dotẽ. §. ſi pater. ff. ſolu. matri. ⁊ in. l. buiuſmodi. §. j. in prin. ff. de le. j. ¶Paul. de caſt. in cõſ. cxxxj. incipi. Licet iſta domina liſa. ⁊ in conſilio. cccl xxxvij. incipi. In cauſa que vertitur Bononie. ¶Quinto q̃ iſte nepos pro bet vere et realiter ſe talia ſeruicia ſeu operas auo preſtitiſſe: quia alꝰ ſi auus in teſtamento ſeu in inſtrumento donationis confiteretur ſe dictas operas recepiſſe a ſuo nepote non ſtaretur tali confeſſioni aui. iſta eſt glo. bene notanda in. l. ſi donatione. ſecundũ Arge. ibi in lectura florentina. pro vt ibi refert Jaſon. C. de colla. et eſt dupler ratio ſecundum docto. ibi ¶Prima quia quando confeſſio precedit inter perſonas prohibitas non valet niſi veritas probetur. l. qui teſtamentum. ff. de probatio. 190

Universidad de Salamanca. BGH

¶Additio. ¶Adde Bart. in con.cxciiij. Jaſo.in.l.ſi tibi decē. §.ſi pactus.nu.viij.ff. de pact. Joā lupum. in repe. Rubri.§.l.nu.xxix. Joan.bernard. in tracta. Fallentia.regul.cccxliiij. Tiraq. in tract.de vtroque retract.§.i.glo.xviii.fo. cl.nu.lxxxv. Segur.in.l.ab exheredati ſubſtituto.col.pe.ff.de lega. i. et Regia lex.iij. titu.xiiij.parti.iij. Didacus ¶Perez.

Lex regni.

192 ¶Secunda ratio eſt quia quotienſcunq; confeſſio vel aſſeueratio fit a prohibita perſona que non poteſt libere talem actum facere. ſed ita demum ſi interuenerit illud quod confitetur talis confeſſio eſt ſuſpecta ⁊ ei non ſtatur: quia preſumitur eſſe in fraudē legis ad hoc vt ille actus poſſit fieri qui aliter fieri non poterit. ita probat ter. no. quem ad hoc ibi nota. Bart. in.l. ſi forte. ff. de caſtre. pecu. glo. Bart. et omnes in. d. l. ſi donatione. et idem Bar. in. l. per diuerſas. C. manda. et in aucten. ſi quis in aliquo. circa fi. C. de edendo. Bal. in auct. hoc ius porrectum. C. de ſacro ſanct. eccle. ⁊ in. l. cum aliquis. C. de iure deliberan. Joannes. andre. in addi. ad Specu. in ti. de re. eccle. non alie. ſuper Rubrica. ⁊ ſic cum dicta cōfeſſio facta ab auo ſit facta inter eum ⁊ nepotem. ⁊ ſic inter perſonas prohibitas. ſ. auum volentem legare tertiū. q; non poteſt dare niſi ei qui ſibi ex neceſſitate ſuccedat ⁊ nepotem qui non eſt capax. d. tertij non valet niſi veritas probetur. ⁊ ſic q; dicta ſeruitia probet vere ⁊ realiter nepos ſe preſtitiſſe auo ſuo ⁊ premaxime cū talis confeſſio tendat in preiudicium legittime filiorum vbi nullo modo valet niſi de debito paterno cōſtet per veras probationes ſecūdum Bar. in. l. cum quis decedēs. §. codicillis ff. d. le. ii.. de quo ſatis eſt dictū ſupra. ⁊ ſic cōcludam⁹ q; ſi aui⁹. d. nepoti legauerit dictū tertium et quintum q; talis nepos poterit conſequi vtrūq; dum tamen dicta ſeruitia ſint. d. tertio equiualentia cum aliis quattuor concurrentibus de quibus ſupra dixi poſito q; non equiualeant etiā quinto ſed tantum tertio: quia in quinto dicta ſeruitia non ſunt neceſſaria: ex eo quia poterit relinqui etiā penitus extraneo. vt. d. l. ix. ante fi. ⁊ ſic cōſequeretur tertium ex cauſa onoroſa. ſ. in recōpenſationē ſui debiti ex cauſa ſeruitiorū ⁊ in hoc legato tertij non dicitur vtile legatum: quia in eo tertio nullum cōſequitur comodum niſi debitum ſuum. l. ſi creditor. i. cum legibus ſequentibus. ff. de lega. j. ⁊ Adde Jaſ. in. l. ſi arrogator. nu. xviii. ff. de adoptio. Laſſa. in cōſue. Burg. Ru. vii. §. v. fol. ecclij. co. iiij nu. j.

in. §. ſi quis debitori ſuo. v. econtrario. inſti. de legatis quintum autem conſequetur ex titulo lucratiuo. ſ. titulo legati ex eo quia non relinquitur ei propter ſeruitia: ſed propter affectionem vel alia bene merita que nō erāt obligatoria. l. nec; adiecit. ff. pro ſocio.

¶Extende ſupra dicta. vt non ſolum habeant locum quando tertium ⁊ quintum relinquitur per auum nepoti in vltima voluntate. vt ſupra ſepius exēplificaui. verum etiā ſi auus tertium ⁊ quintum inter viuos concedat nepoti titulo donationis. ¶Pro quo facit quia quēadmodum illud quod legatarius neceſſarius ſuo creditori videtur legare animo compenſandi cum debito. d. auct. preterea. ita etiam q; inter viuos concedit titulo donationis. ita ſentit Bal. in. l. quoniam in prioribus. in vlti. col. C. de inoffi. teſt. vbi dicit q; ſi pater filiam prius dotatam poſtea inſtituat in legittima ſimpliciter quod intelligitur computata tamen dote idē tenet ipſemet Balin. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ſequitur ¶Paul. de caſt. in. quoniam nouella. in. j. col. C. de inoffi. teſta. facit. l. huiuſmodi. §. cum pater. ⁊ q; ibi Bar. ⁊ docto. dicunt. ff. ō lega. i. ¶Facit bonus ter. in. l. j. §. pen. ff. de colla. doti. quem reputat mirabilem ⁊ ſingularem. Ludo. Roma. ⁊ ibi Alexan. in. xvij. col. in. l. poſt dotem. ff. ſolu. matri. i. vbi eſt ter. q; ſi pater promiſſit dotem pro filia deinde mortuus eſt filio et filia heredibus inſtitutis vel ex teſtamēto ſeu ab inteſtato q; onus ſolvende dotis promiſſe non pertinet ad filium pro dimidia pro qua eſt heres: ſed totum eſt in parte ipſius filie.

193

194

195 ¶j. §. pe. ſ de coll. dot

¶Additio. ¶Adde ¶Pe. gerardū. in ſin. xliij. Jaſo. in. l. qm̄ nouella. nu. iij. C. de inoffi. teſta. ⁊ in auct. preterea. col. viij. C. vnde vir. ⁊ vx. et in. l. hui⁹modi. §. cū pater. col. j. ff. de lega. j. Joan. camp. in tract. de dote. q. xxviij. vbi reputat mirabilem dictū text. Gomez ariā. in. l. xiiij. nū. x. ⁊ in. l. ij. nu. xxviij. in legibus Tauri. ⁊ eſt ſimi. ter. in. l. ſi pater. C. de colla. Didacus ¶Pe. ¶Et q; quēadmodū illud q; ſupra dixi de relicto in vltima volūtate a debitore neceſſario videatur relictū animo cōpēſandi cū debito ita eodē modo q̄ cōceſſum eſt inter viuos videtur cōceſſum ciuiliter animo cōpenſandi cū debito tenet expreſſe Jaſ. in. d. autē. preterea. in. xj. col. ad ſi. v. Itē adde q; ex deciſione. ⁊c. ſic etiā dicamus in debitore neceſſario. ſ. in auo. q; ſicut illud tertium quod relinquit in vltima volūtate nepoti videtur in dubio relinquere animo cōpēſandi cū debito q; d. nepoti d⁊ ex dictis ſeruiciis ita ſi dicū tertiū cōcedat inter viuos au⁹ nepoti titulo donationis vl illud eidē donare animo cōpēſandi cū dicto debito. ¶Facit etiā text. in. d. l. vnū libert⁹. vbi facilior fit remuneratio a liberto facta ī ꝓiudiciū legittime pſoni inter viuos ea q̄ ſit in vltima volūtate. Faciūt ea q̄ latiſſime tradit in anno preterito. cū repetiſſem text. in. l. vnū ex familia. §. Ex ſi fundum. ſ. de le. ij. circa illū articulū. ſ. q; ſicut pater poteſt vnum ō filiis ſuis in morte meliorare ita etiam poterit in vita. Circa q; vide que ibi in. d. §. ſi fundum latiſſime dixi.

196

197 ¶Enum tamen adde bijs que ſupra dixi. q; licet auus in caſu ſupra dicto poſſit legare nepoti ſuo dictum tertium ⁊ quintum q; filij teſtatoris et eius aui heredes non compelluntur preciſe preſtare eidem nepoti dictum tertium ⁊ quintum in corporibus hereditarijs: imo ſi voluntarie ⁊ magis elegerint preſtare eſtimationem dicti tertij ⁊ quinti dicto nepoti compellitur nepos accipere eſtimationem. ⁊ eſt ratio: quia dictus nepos eſt legatarius partis bonorum cum ſibi legatur per auum tertium ⁊ quintum bonorum ſuorū. vt p⁊ in. d. l. ix. ibi. (Dela quinta parte de ſus bienes.) ⁊ ibi. (Enla tercera parte de ſus bienes.) Et quando eſt alicui legata certa pars vel quotta bonorum eſt in electione heredis vel dare legatario legatum corporibus hereditarijs vl in eſtimatione. l. nō amplius. §. ſi. ff. de lega. i.

198 ¶Ex quo infert. q; ſi filius eſt melioratus in tertio ⁊ in quinto bonorum patris q; fratres non cōpellun tur preſtare fratri meliorato dictum quintū pro ea parte que tangit meliorationem in dicto quinto in corporibus hereditarijs: ⁊ preſtādo eſtimationem liberantur quod ē multum dignum nota. niſi forte dictū quintum teſtator aſſignaſſet filio ſuo in vna re ſpecialiter q; poteſt facere ſecūdum Bal. in rubr. ff. de rerū diui. in. j. col. in fi. ⁊ in. d. l. nō amplius. §. ſi. vbi. d. Alex. refert q; ¶Pau. ō ca. non facta mentione Bald. conſuluit cōtrarium ⁊ male in conſilio. cclxiij. idem tenet. d. Alex. in. l. in quartam. in. x. col. vſi. bene facit q; not. Bald. vbi ſingulariter limitat. ff. ad legem falc. ⁊ Jaſon may. in. l. ſcimus. §. repletionē. in. ij. col. in fi. C. de inoffi. teſta.

Lex regni. **¶Additio.** ¶De iure regio eſt optima lex ſtili. ccxiij. ſcipi, (el pa

dre.) et. l. ix. titu. xv. par. vi. incipi. por fazer partició. ⁊ l. xix. Tau. vbi p Cifontanū. vbi ponit ſeptem queſtiones notabiles. q; aſcendētes poſſunt aſignare meliorationem prelegati tertij ⁊ quinti. vel alteri⁹ vtriuſq; trū factā deſcēdētib⁹ in re vel reb⁹ quas voluerint ⁊ illas habebit precipuas filij⁹ vel nepos meliorat⁹ dum tamen predicte res nō excedant valorē dicte tertij ⁊ quinti. q; illō q; excedū reuocabilē dōtarat. idem q; diſponit. l. quotics. C. fam. her. q; ēt in legittima trū d⁊ locū talis aſignatio. p̄dicta iura. ⁊ eſt optimū modū teſtādi ad euitādas lites ⁊ diſcordias q̄ ſolēt euenire inf heredes tēpe diuiſionis. (hoc adiecto diuiſis portionib⁹ ⁊ aſignatis ad volūtatē teſtatoris). ¶Et hanc diſpoſitionē. ita firmāt eſſe volo ⁊ ſi q̄s nō fuerit obediēs ex nunc. p vt ex tūc obediēti ſeu obediētes meliore ⁊ melioratos eſſe volo in omnib⁹ bonis meis ⁊ omni eo q; de iure poſſunt. et ita omnes erūt abſq; lite ⁊ diſcordia poſt mortē ſui aſcendentis: Didac. ¶Perez.

¶Ex hoc caſu filij nō poſſ dicere. q; volūt hꝰ legittimā ſuā. i. d. re legata nepoti. ī qua fuit aſignatū. d. q̄ntū. D⁊ l⁊ filij nō habeāt dictā electionē dādi q̄ntū vl ei⁹ extimationē dicto nepoti p. d. §. fi. dicte. l. nō āpli⁹. reſpectu ipi⁹ q̄nti. ¶Sec⁹ tū erit reſpectu ipius tertij ī quo filij⁹ ſimlr ē meliorat⁹: q; l⁊ dictū tertiū ſit quotta bonor. vt dixi: nō tū alij filij habebūt dictā electionē imo cōpellūt⁹ p actionē ſami. ber. p̄ſtare frī ſuo dictū tertiū in corporib⁹ hereditarijs. ⁊ ē huj⁹ rō: q; dictū tertiū ē legittima illi⁹ cui aſignat. d. l. ix. ī q̄ legittima. l⁊ ſit quotta bonor. nō b⁊ locū. d. §. fi. ex eo q; legittima d⁊ filio ī ſubſtātia rerū patnar. ⁊ ſ corporibus hereditarijs. d. §. repletionē. Ly. l auc. res q̄. C. cōm. ō le. ſicut q̄rta trebellianica. l. ſubem⁹. C. ad tre. ita q⁊ Bal. Alng. Jaſ. ⁊ med. ī. d. §. fi. d. l. nō āpli⁹. qō ē ēt bñ notādū in prari. ¶Decimo ſeptimo fallit. d. l. ix. ī caſu quo poneres auū inſtituiſſe filios ī legittima ⁊ nepotē quē ex vno filio inſtituto b⁊ ſimlr inſtituit ī q̄nto bonor. ſuor. qō pōt facere ſicut aliū quēlibet extraneum ⁊ vnus filiorum repudiauit partem ſuam. ſcilicet legittimam portionem et alij fratres ſuas legittimas portiones acceptaſſent. ⁊ ſimiliter nepos aceptaſſet quintū in quo fuit ab auo inſtitutus quo caſu dicta portio legittima repudiata acreſceret aliis coheredibus. ſcilicet fratrib⁹ ſuis ⁊ nepoti teſtatoris ſuas portiones acceptantibus p portionib⁹ hereditarijs. l. meuia. in prin. ff. de leg. ij. l. liMota.

199

Universidad de Salamanca. BGH

ber hoſmo.ſ.cū quis.ff.de bere.inſti. nā hoc
caſu.d.nepos virtute iuris accreſcēdi habe-
bit in illa parte q̄ eum contingit per ius ac-
creſcendi aliquā particulā dicti tertij cū nul
lus filiorū fuit melioratus in tertio:immo il
lud tertiū fuit p oēs filios diſtributū ex eo q̄
fuer ūt equaliter inſtituti.ꝛ ſic illa pars tertij
q̄ cōtingebat iſtū filiū repudiātem legittimā
ſuam diuidit inter oēs coheredes vtute iu
ris accreſcēdi inter quos eſt vnus dictus ne
200 pos in quinto inſtitutus. ¶ Facit pro hoc
quia coheredes ſunt tacite inuicē ſubſtituti
ex legis diſpoſitione. l. ſi Titio ꝛ Mevio. ſ.
Julian⁹.ibi(ꝛ hic quaſi ſubſtitutus cū ſuo
onere cōſequetur.)ff.de leg.iij.cuius ſubſti-
tutiōis vigore poteſt venire legittima.ꝛ per
cōſequēs tertiū vel pars ipſi⁹ ad penitus ex
traneū.l.cū patron⁹.vbi docto.ff.de lega.ij.
¶Adde. ¶ Paul. caſtrēſem. in. l. tā bis. ſ. filiusfamilias nume. vj. ff. de dona. cauſa mort. Jmol. in clemen. fina. nu. vj. de rebus eccle. non alien. Felin. in. c. cum acceſſiſſent. nume. xxij. de conſti. Jaſo. in. l. j. ſ. fuit queſitum. nume. iiij. ꝛ ibi Socin. ꝛ Alexan. ff. ad Trebelli. ꝛ Alciat. in. l. ſingularia. ff. ſi cert. peta. ℔etr. de peruſi. in tract. de vſioſne eccleſi. c. v. nume. xxv. Joan. bernard. in tracta. ſallenti. in regu. incipien. marit⁹. amplißime Tirāquell. in legibus connubialib⁹. fol. clxxxv. col. j. nume. cxj. Gometi. in. l. xv. Tauri. nume. lxxxj. ꝛ in. l. lv. nume. lxxxij. in eiſdem deciſionibus. Deci. conſi. cclxxix. col. ij. Alciat. in tract. preſumptio. regul. j. preſumptio. ij. nu. vij. ¶ Et pro deciſione iſtiꝰ queſtionis eſt notandum ꝙ lex Tauri fuit inducta fauore mariti eiuſꝙ commodū cōſideraſſe magis quam fragilitatem mulierū ſecundum Joan. lupum. in repe. Rubri. ſ. lxviij. nume. xxvij. ꝛ in nume. xxix. Abb. in.

c. cum inueteri. nu. vj. ꝛ xj. de electio. Hipp. in ſingul. cccclxvij. Ferdinand. loazes. in tract. matrimonij in. xj. dubitatione. nu. xlv. fol. lxxij. ꝛ Couarruuias. in epitome. ij. par. c. vij. ſ. j. num. iij. Tiraquell. in. l. conubiali. xv. in glo. iiij. nume. xxxix. fol. clx. ꝛ in. glo. vj. nume. cxx. fo. clxxxvj. ¶ Et quibus patet in hac queſtione attenta lege regni. ꝙ ſi vxor contrahat cum viro in caſu permiſſo poterit maritus authoritatem. in tali contractu in ſui fauorē interponere. ¶ Nōnulli ſunt tamen qui diſtinguunt vtrum videlicet maritus generaliter conſenſerit vxori vt poſſit cū quibuslibet cōtrahere. aut ſpecialiter. vt videlicet ſecum nuncupatim contrahant. et primo quidem caſu valeat conſenſus. etiam quantum ad contractus. quiſecum poſtea fiunt. ſecundo non valeat. ita poſt ℔etr. a Bel. perti. in. l. j. ff. de aut. tuto. tenet Socin. conſi. cxij. col. iij. lib. iiij. vbi dicit hāc diſtinctio. eſſe equiſſimam. ꝛ in conſil. xxiij. col. v. vſi. ad idem adduco. lib. iiij. Corne. conſi. ccxlij. col. ij. lib. iiij. Deci. conſi. ccxlvj. co. ij. in fin. ꝛ in. d. conſi. cclxxix. col. ij. nume. v. Jaſon. conſi. lxix. in. ij. dubio. lib. j. qui id reputat ſingulare Deci. in. l. ſenium. co. fina. vſi. vltimo queritur. nume. lvij. C. qui teſt. face. poſſ. ꝛ Tiraquell. vbi ſupra. fol. clxxxvj. quē omnino vide in hac q̄ſtione. Didac. ℔er. ¶ Et pro hoc facit magis in ſpecie ꝙ dicit Bar. in dicta. l. j. ff. ō autho. tuto. ꝙ ſi ſtatuto caueatur ꝙ mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum ꝙ ipſe propinquus non poſſit conſentire contractui ex quo directe ei aliquid acquiritur. facit etiam ꝙ melius ꝛ clarius ꝛ magis ad propoſitum dicit Angel. in. ſ. yconomus. in aut. de alienā. ꝛ emphi. ꝙ ſi ſtatuto cauetur ꝙ mulier non poſſit teſtari ſiue licentia viri ꝙ non poſſit inſtituere ipſum virum preſentem vel cō ſanguineum viri vel alium recipientem pro viro preſente. ¶ Facit ꝛ multo melius illud ꝙ in terminis noſtre. q. ponit in individuo. ℔au. de ca. in. l. ſenium. C. qui teſtamen. fa. poſ. ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ mulier non poſſit cōtrahere ſine licentia viri pro vt eſt bodie ex diſpoſitione regni noſtri per iura ſuperius allegata ꝙ non poteſt contrahere cum ipſo viro preſtante eidem vxori licentiam ſecum contrahendi ꝙ eſt notandum ꝛ eſt ratio ſecundum. ℔aul. ibi. quia ſtatutum requirēs licentiam preſtandam per maritum ipſi vxori requirit illam ad reintegrandam perſonam ipſius vxoris ne decipiatur. l. ij. ſ. ver-

112

ba. ff. ad Velle. hanc etiam rationem. ponūt Bar. Bal. Alexan. ꝛ Jaſon. in. l. tranſactionem. C. de tranſa. Bald. in. l. pactum. in pen. q. C. de colla. ꝛ in. l. ij. C. de adopti. Ludo. roma. in. l. j. in pe. col. C. vnde vir ꝛ vxor. Jmo. ꝛ Alexand. in. d. ſ. queſitum. a Alex. in. d. l. j. ff. de auth. tut. vnde ſcirit not. Bal. in. l. i. in. ir. q. C. de reſcin. vendi. ꝙ mulieres ꝛ minores facile ſeducuntur quandoq; minis quādoq; blandicijs ideo equiſſima ſunt ſtatuta que in eorum contractibus exigunt conſenſum conſanguineorū refert Jaſon. in. d. l. tranſactionem. cum igitur leges noſtri regni exigunt licentiā viri ad reintegrandam perſonam vxoris ne ipſa vxor decipiatur non poterit maritus ad vtilitatem propriam ꝯ ex cōtractu cum ſua vxore celebrato conſequitur conſentire per ea que ſupradicta ſunt ſicut dicimus in autoritate tutorum que requeritur ad reintegrandam perſonam pupilli dicto. ſ. queſitum. ꝛ dicta. l. j. Sed forte poſſet dici ꝙ licet ſupradicta ſint vera attento iure communi quo ex contractu vxoris non tenebatur vir vel econtra toto titu. C. ne vxor pro ma. quo caſu videtur ꝙ ſtatutum requirens talem licentiam viri in contractu vxoris eam requirat ad reintegrandam perſonam ipſius ꝙ attento bodie iure regni quo ex contractu vxoris tenetur ipſe vir vel econtra vt habetur foro le. li. iij. titu. delas deu. ꝛ delas pag. l. xiij. ꝛ in. li. declara. l. ccvj. quo quidem caſu videtur lex regni requirere dictam licentiā potius in fauorē viri ne eidem aliquod damnum cōtingat ex cantractu vxoris ſue quam ad reintegrandam ipſius perſonam ne deciperetur ꝙ ipſa vxor poſſit contrahere cum ipſo marito ꝛ ꝙ in hoc caſu ſufficiat ipſum maritum conſentire vt ſecum contrahat vxor quia alſ talis licentia a lege regia requiſita in fauorem ipſius mariti conſentire debentis redundaret in ipſius odium ꝙ eſſe non debet. l. ꝙ fauore. C. de legi. pro quo facit quia inducta ad augmentum non debent operari diminutionem ꝛ ſic contrarium vel aliū diuerſum eſſe ctum. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. ꝛ l. legata inuriliter. ff. de adimē. ꝛ tranſ. leg. cū act⁹ agentium non debeant operari vltrā intentionem eorum. l. non omnis. cum concor. ff. ſi cert. peta. ꝛ talis licētia videatur introducta in fauorem viri ꝛ per conſequens ꝙ ipſe vir poſſit eam preſtare ad vtilitatem ſuā tenet Bald. in. l. ſi quando. ſ. j. C. de inoffi. teſtamen. ¶ vbi ipſe dicit quid ſi dicit ſtatu

Universidad de Salamanca. BGH

tum ꝙ filius non possit contrahere vel renunciare sine licentia vel sine consensu pris: pater potest dare licentiã ꝙ renũciet sibi patri.d.Bar.ꝙ non in.l.j.ff.de autori. tuto.p gl.ibi positam mihi videtur ꝙ satis factum sit statuto quia statutum non requirit autoritatem:sed simplicem licentiam seu voluntatem que in re propria interuenire potest. est enim differentia inter autoritatem ⁊ consensum.vt notat Jnno.in.c.oudum. de rebus eccle.non alienan.hec sunt verba formalia Bal.in victo.§.j.hoc idem tenẽt Salice. ⁊ Ludo. roma. in.d.l.j. C. vnde vir ⁊ uxor. in casu statuti requirentis consensũ viri.scilicet ꝙ videtur talis cõsensus requiri in fauorẽ viri.⁊ ꝙ consequens vir possit in sui fauorem consentire.hoc etiam tenet dominus Alexan.in victa.l.j.ff.de auc.tuto.⁊ in victo.§.quesitum.scilicet ꝙ concesso ꝙ talis licentia sit in fauorem viri ꝙ bene poterit vir consentire uxori secum contrahenti cum igitur dicte leges regie non requirunt autoritatem viri in contractu uxoris:sed tantũ cõsensum vel licentiam vt patet in dictis legibus que potest in re ꝓpria interuenire.vt dicit Bald.in victa.l. si quando. §. j. nimirũ ꝙ ipse vir possit cõsentire uxori secum ⁊ ad sui mariti cõmodum contrahenti. ⁊ hoc crederem verius in nostro casu de iure licet hoc reddatur dubium propter ea que viri supra ⁊ propter autoritatem glo.in victa.l.j.⁊ doctores maxime ℙau. qui loquitur in indi-
114 uiduo.in victa.l.senium. ¶ Et habito pro vero ꝙ maritus non possit consentire uxori vt secum contrahat.potest tamen hoc fallere in quattuor casibus. ¶ ℙrimo fallit supradicta regula nisi maritus renunciet illi facultati prestandi consensum sibi date a lege regia.ꝙ quidem facere potest.l.si quis in cõscribendo,C.de pactis.l.pactum inter heredem.eodem titulo.⁊ hoc modo poterit maritus cum uxore contrahere.ita tenet Bal. in victa.l.j.C.vnde vir ⁊ uxor. vbi ipse queritur statuto cauetur. ꝙ mulier non possit testari sine consensu mariti quid si vult testari ⁊ instituere maritum dicit Bal.se dubitare finaliter concludit.ꝙ si maritus renũciet illi facultati prestandi cõsensum sibi date a statuto.ꝙ quidem facere potest per iura superius allegata ꝙ poterit maritus supradicto modo institui.l.si pater.ff.de manu.vindi.⁊ l.quidã.cum similibus.ff.de verbo.obligã.⁊ ista est bona cautela quam maritus debet adhibere quando cum uxore vult cõtrahere.scilicet vt renũciet dictis legibus regni introducentibus.⁊ requirentibus dictam licentiam sed certe hec fallentia vel cautela respiceret illud scilicet si tenemus ꝙ dicta licẽtia fuit introducta in fauorem viri cui fauori potuit ipse vir renunciare per dictam.l. si quis in conscribendo.sed tenendo aliud. scilicet ꝙ dicta licentia fuit introducta ad reintegrandam personam mulieris dubitabilis erit ista cautela. ¶ Secundo fallit dicta re 115
gula quando in dicto contractu inter virũ ⁊ uxorẽ celebrato interuenit autoritas seu decretum iudicis: quia hec autoritas iudicis supplebit consensum ⁊ licentiam mariti.⁊ ꝓ illã re integrabitur persona mulierum.argumen.ter.in.l.bonorum.in fin. C.qui admit. vbi iuder supplet defectum tutoris.facit dictum singula.Bald.in.l.si furiosi.in fi.C.ɔ nuptiis.vbi dicit Bal.ꝙ licet donatio causa mortis facta per filiũ patri consentiente ipo patre non valeat ꝙ cautela erit ꝙ filius cũ autoritate iudicis donet patri suo.⁊ talis donatio valebit per gl'o.positam in victa.l.si furiosi.⁊ illud dictũ Bal. in victa.l.si furiosi. redit singulare Ludo.roman.in.l.ij.in prin. in.ij.col.ff.de dona.⁊.d.Alexan.in victo.§. quesitum.in.iiij.col.⁊ in.l.j.in.iij.col.ff.ɔ auto.tu.facit in simili:quia si uxor voluisset cõtrahere cum aliquo extranco in casu sibi necessario. ⁊ uxor requirat maritum vt eidem prestet licentiam contrahendi.⁊ maritus requisitus noluerit consentire: tũc ad iudicis officiũ expectat examinare causam contradictionis.⁊ si quidem est iusta bene quidẽ als iuder permittet mulieri cõtrahere.

¶Addítio. ¶ Est est hodie dispositum per legẽ regiam.lvij.in curiis Tauri:Didacus ℙerez Salmãtinus. ¶ Et est ratio quia contraditio sine causa habetur pro non contraditione. l.si cũ dotẽ §.eo autẽ tempore,solu.matri.l.dotem.co.titu.⁊.c.j.de biis que fiunt a ma.parte capituli.hoc tenet Bar.in simili questiõe in dicto. §.eo autẽ tempore.scilicet in statuto dictãte ꝙ mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum ⁊ propinqui requisiti noluerint consentire ꝙ ad iudicis officiũ pertinebit examinare causam contradictionis.⁊ siquidem est iusta bene quidem als iuder ꝓmittet mulieri cõtrahere hoc idẽtenet Baldus in.c.j.in.iij.col.de consu. recti.feu.⁊ in. l.i.per illum ter.C.de nuptiis.⁊ in.l.j.C.qui admitt.⁊ in.l.coniunctione.⁊ in.l. vidue.C.

de nuptiis.⁊ sequitur.d.Alexan.in dicto.§. eo autem tẽpore.in vlti.col.facit in simili ꝙ dicit Ddofre.⁊ Ange.in lectura florentina
Nota. in.l.bonorũ.C.qui admit.ꝙ si pupillus habuerit tutorem ⁊ sine causa recuset consentire pupillo circa agnitionem bonorũ possessionis ꝙ tunc iuder poterit supplere.credo tñ ꝙ iuder prius in casu supradicto quando reperierit nullam in marito esse iustã causam contraditionis debet compellere ipsum maritum consentire.⁊ si maritus potius patiatur se excoriari ꝙ cõsentire: tũc iuder deueniet ad vltimum subsidium.scilicet ꝙ permittat mulieri cõtrahere.ita no.dicit Bal. in victa.l.j.ad finem.C.de nuptiis. ¶ Addatis vnum ꝙ si uxori fuerit vtile contrahere ⁊ maritus est absens sed in breui est rediturus debet expectari ꝙ redeat necꝫ debet tunc iuder adhiberi. sed si diu est afuturus vel si esset periculum in mora:tũc secus secũdum Bal.in.l.cum sentẽtiã.ad finem.C.de senten. ⁊ melius per ℙaul. de ca.in. l. cum antiquitas. C. de testa.per eundem ter. bonus in. §. si vero absit. in autben. de here.⁊ fal.colla.j.⁊ an istud tempus absentie sit breue vel longum cum nõ sit a iure determinatum debet relinqui arbitrio iudicis.l.j.§.j.ff. de iure.delibe.⁊.l.ij.ff.de effracto.⁊ expila. q̃
Lex regni. iuder debet arbitrari qualitatem temporis ⁊ distantiam loci ⁊ etiam qualitatẽ mariti.l. cõtinuus.§.cum ita.vbi moderni.ff.de vbo. obliga.⁊ ꝙ quando maritus est absens possit tunc iuder supplere.facit ter.in.iij. parti. titu. viij. l. fina. ibi. E si no con otorgamiento del iuzgador.

¶Adde. ¶l.Tauri.lix.que sing. est.⁊ aduerte ꝙ debet cõstare de vtilitate contractus per instrumentum ob quã causam causa cognita dedit licentiam mulieri ad cõtrahendum:secundum ℙaul.de castro in.l.cũ hi.§.si pretor.nume.ij.ff.de transl.⁊ Hippol. in sing.cccxcix.ꝙ est singulare ⁊ notandum quia secũdum Hippoli. vbi supra.ex isto dicto poteris facere corruere mille instrumenta publica.idem dixit ipse Hippoli.in.l. qui cedem.col.iiij.nume.xxx. ff.de ficar. Didacus ℙerez Salmantinus.

116 ¶ Tertio fallit regula supradicta quando contractus inter virum ⁊ uxorem esset factꝰ palam ⁊ bona fide.⁊ sic pro iusto precio cum consensu dicti viri.per.l.cũ ipse.C.de cõtra. emp.istud videtur sentire Cy.in dicta.l.senium.dum allegat dictam. l. cum ipse. hoc sequitur.d.Alexan.cum verbo forte.in.d.§. quesitum.in vltimis verbis facit ea que plene trahit Bar.in.l.pupillus.§.fin.ff. de auto.tuto.nam ꝙ sit palã presumitur iuste fieri dicta.l.cum ipse.⁊.l.palam.ff. de ritu nupti.hinc est ꝙ si relinquitur aliquid spurio palam tunc ad tale relictum admittuntur venientes ab intestato.sed si clam tunc venit fiscus.vt trabit Bar.vbi etiam Ange. Sali. ⁊ moderni in.l.hereditas.C.ɔ biis qui.vt indig.Bar.in.l.fina.in.ij.col.ff.de biis qui.vt indig.⁊ in.l.j.C.de natu.libe.⁊ in.l.fi.dicã.ff. de acqui.here.⁊ in.l.si pater.ff.de heredi.instit.in.l.etiam.C. ad legem falcidi. ⁊ late per eum in consilio.cxix.incipiẽti. Dominus dominicus.facit in cõt.ter.in.§.j.inst.vi bono. rapto.vbi est ter. ꝙ plus delinquit qui palã facit quam qui clam quia qui palã delinqt dat aliis materiam delinquendi.sed ibi loqtur in delicto ꝙ de suo genere est malũ. nos vo loquimur in contractu qui de suo genere est bonus ar.ter.in.c.cum dilecti.vbi Abbas ⁊ moderni de accusatio.

¶Adde. ¶ Roma.in singu.decxliij.⁊ consi.ovj.Feli.in. c.quoniam.num.xij.col. iij.de simoni. Joan.lup. in allegatio. herefis.§.r.⁊ in repe.c. per vestras.§.xviij.num. xxv.optime ℙaulum.de ca.in. l. in tacitis. nume.iij.ff.de lega.j.⁊ Jaso.nume.xx.in.§. ex maleficijs.de actio⁊ ibi Ludo.gome.nu. xxi. ℙau.grilland.in tract.de hereti.subtitulo.omnifariam coitus. vicu. xiij. quero. Esilladiego.contra hereticã ptaui.q.ix. ter. in.l.fi.ff.de riptu.nupti. Didacus ℙerez.

¶ Quinto fallit dicta regula quando uxor 117
est negociatrix de per se quo casu si cum marito contraheret valeret talis contractus. ⁊ Lex regni.
hoc argumento ter. foro legum.lib.iij.titu. delas deu.⁊ ólas pag.l. xlij. que dicit ꝙ illõ est verum.ꝙ in contractu celebrato cũ uxore requiritur licẽcia mariti nisi ipsa uxor sit negociatrix de per se. ne igitur maritus sit deteriotis conditionis ꝙ extraneus ponimus dicere.ꝙ sicut illo casu si uxor contraheret cum extraneo valeret contractus:licet nulla interueniat mariti licentia ita eodẽ ⁊ a fortiori quando maritus cõtrarit cũ uxore:quia dicto casu tam vir ⁊ uxor sunt redacti ad ius commune.vbi nulla mariti requirebatur licentia in contractu celebrato cum ipsa uxore. ¶ Sed posset aliquis dicere. ꝙ 118
istud non videtur bene dictum. ⁊ ꝙ dicta.l. xiij.loquens in casu quãdo uxor negociatrix

Universidad de Salamanca. BGH

contrabit cum extraneo nõ trahatur ad nostrum casum quando contrabit cum marito cum dicta.l.xiij.sit correctoria eius quod dixerat in principio.ꝛ iura correctoria nõ debẽt extendi nã etiã er maioritate rationis nedum ex idemptitate non est licita extensio. aut.quas actiones.vbi omnes maxime moderni.C.de sacro sanct eccle. cum igitur dicta.l.xiij.loquitur in vno casu non debet extendi ad alium. ℣Posset tamen huic difficultati responderi vno de duobus modis.

119 ¶Primo sic. q nõ ẽ verũ dicere q̃ dicta. l.xiij.in fine est correctoria illius q̃ dixerat in principio: imo est limitatoria regule quã regula non corrigit:sed limitat vno casu qñ vxor est negociatrix. quo casu cessat regula illius legis.ꝛ in limitationibus bene est licita extensio ex idemptitate rationis secundum Bar.in.l.ſi constante.in principio.in. ix.q.j.partis principalis.ff.ſolu. matri.ꝛ est ter.valde nota.in.c.cum dilecta.in ver. nos igitur.de confirma. vtili vel inutili. quem ibi ad hoc notant canoniſte preſertim dominus Abbas..ibi.ꝛ notabilius in. c. ad audiẽtiã. in primo nota. de cleri. non reſi. eſt bonus ter.in.c.poſtulationem.ſ.quãq̃.ꝛ ibi Bal. ad hoc notat de renun.

¶Additio. ¶Adde Dec. conſi.ccclxxij. col. pen.nu.vij. Laurent.calcan.conſi.j.col.xvj.nume.xij. Ant. negusanti.in tract.de pignoribus.in.v.par. membro.iij.nume.xlvij. Jaſon.in.l.ſi certis annis.col.j.C.de pact.ꝛ in.l.qui pro tribunali.nume.xxv.ff.de re iudica. Joan.lup.in repeti.Rubri.ſ.xvj.nume.x. de donatio.ꝛc. Hippoli.in ſingula.ccccxcix.Alciat.in.l.ſtipulatio.nume.xxij.ff.de verbo.oblig.ꝛ in. c. perniciosam.num.xiij.de offi.ordi. Catellia. cotta in memoriali.incipi.rationis idemptitas. Tiraquell.vbi in hac re ſingulariſſime plura expendit.in.l.ſi vnq̃ vbo libertis.nu. xxxvij.C.de renoca.dona. ¶Ex quibus deducitur intellectus ad.l.iiij.titu.viij. lib.iij. ordi.ex idemptitate rationis admittendas eſſe omnes exceptiones ſimiles ibi nuncupatim enumerate. ¶Inſerturq̃ declaratio ad ſtatutum vniuerſitatis Salmantine in ſtatuto.ij.in tit.xxxij.de opoſitoribus cathedrarum.diſponens oppoſitores cathedrarũ durante vacatura non poſſe crẽre de domo. niſi ad miſſam.ꝛ ad legendum.q̃ pari ratione poterunt audire ſermonẽ.viſitare q̃ loca pia.vt hoſpitalia.ꝛ moneſteria ad conſequẽ

Lex edicta.

Statuũ vniuerſitatis Salmãtine exponitur.

dam indulgentiam.cum ſit cadem ratio.

Notabilis deciſio.

¶Deducitur ꝛ tertio loco intellectus ad ter.in.authent.vt cum de appel.cognoſ.ſ. cauſas.cũ glo.in.c.quintauallis.de iureiur. vt filius exheredari poſſit ex cauſis ibi enumeratis.ꝛ etiam ex ſimili vel maiori vbi eſt idemptitas ratiõis.per predicta.ꝛ ne abſq̃ autore procedã iſtã tenet in expreſſo Alex. in locis citatis a ℣Petro gerard. in ſingula. j. Felin.in.c.paſtoralis.in pnci.de reſc. Jo. lup.in repe. Rubri.de dona.ſ.xvj. nume.x. Euerard.in locis legalibus.c.iij.col.lj. vſ. quinto iſtud.Hippoli.in ſingu.lxxviij.Caſſane.in conſue.Burgund. Rubri.vij.ſ.ij. nume.ij.verſi.ſed quero.fol.ccxxj. Roder. ſuarez.in.l.ij.fori.fol.lxxj.col.j.verſic.tertio in quantum iſte leges.q̃ eſt ponderoſum et vtile. ¶Cum etiam in correctoriis ſit licita extenſio vt per Autorem hic.ꝛ Alcia.in tracta.preſumptio.regu.ij.preſumptio.xxviij. nume.viij.Matheum ab afflictis in conſtitutioni.Neapolita.Rubri.viij.col.xx. nume. lxx.in lib.j. Bertachi.in tracta.de Babell. in.ij.membro.viij.partis pnci.num.xv. Tiraquell.de vtroque retract.fol.ccxxj.num. ij.ꝛ Caſſane in conſuetudinis Burgundi. Rubri.vij.ſ.v.nume.lxij.q̃ intellige vt per eos. Didacus ℣Perez.

¶Secundo modo poterit ſupradicte diſſuſtrati responderi:quia licet ſit verum q̃ dicta.l.xiij.ſit correctoria illius q̃ ipſa dixerat in principio cum tamẽ dicta.l.in fi.corrigendo principium eiuſdẽ legis reducat nos ad ius commune antiquum. ¶Tum etiam in correctoriis licita eſt extenſio: quia res de facili reuertitur ad ſuam naturã. l. ſi vnus.ſ. pactus ne peterẽ.ff.de pactis. c. ab exordio. xxxv.diſtin.cum licet ſit materia correctoria tamen ita fit extenſio ſicut ſi eſſemus in materia fauorabili iſtam doctrinam tradit glo. ſingularis in.c.ſtatutum.in verbo.numerũ. de preben.lib.vi.o. Anto.in.c.olim.de vbo. ſignificatio.quam etiam multum commendat dominus Alexan.in.l.ſi conſtãte.in pnci.in.iij.col.ff.ſolut.matri.ꝛ eã redit ſingularem Jaſon in aut. quas actiones.in.v.col. C.de ſacro ſanct.eccle.ſed ſic eſt q̃ de iure cõmuni vxor poterat contrahere.ꝛ contrahendo ſe obligare ſine conſenſu viri.l.ſ.obitores. in pnci.ff.ad Velleya.l.ſi.C. eodem titulo. ergo dicta.l. xiij.in fine.bocidem dicens corrigendo principium eiuſdem legis que contrarium dicebat ponendo regulã generalẽ reducit nos ad id cõmune.ꝛ per conſequens

Res ó fãt li reuertitur ad ſuam naturam.

licet loquatur de vno caſu. ſcilicet quando negociatrix contrabit cum extraneo quo caſu non requiritur licentia ſeu conſenſus mariti extendetur tanq̃ fauorabilis:licet ſit correctoria ad alium caſum.videlicet quando dicta vxor negociatrix contraxerit cũ marito.quo quidem caſu etiam non requireretur dicta licentia.ꝛ licet iſta reſpõſio ſit bona magis tamen mihi placet prima. ꝛ ſic q̃ dict. l. xiij.in fi.ſit limitatoria regule precedentis:

121 non tamen correctoria. ¶Quinto fallit dicta regula quando ex contractu celebrato inter virum ꝛ vxorem ſequeretur aliquod cõmodũ vxori veluti q̃ maritus mutuauit vxori centum.ꝛ ſic facta eſt locupletior. vel eidẽ vxori vendidit maritus aliquam rem ꝛ ex tali contractu vxor conſequeretur vtilitatem. nam biis caſibus ꝛ ſimilibus valeret dictus contractus.ꝛ hoc per ter.lib.decia.l. cxliiij. incipiẽti. Otro ſi enel titulo delas dendas ꝛ delas pagas.iunctis biis que dixi in quarta limitatione ſupra prorima:facit pro hoc q̃ cum iſta vxor eſt facta locupletior cum re vel pecunia mariti non debet cũ mariti iactura locupletari.l.nam hoc natura. ff.de cõdi.in de.l.iure naturali.ff.de regu.iuris.ꝛ regula locupletari.de regu.iuris.libro.vj.

Lex ſtili.

¶Additio. ¶Adde Bald. in.c.cum acceſſiſſent.nume.i.de cõſti. Alciat.in Rubric.de preſc.nu.vij.optimam.l.ſtili.cxliiij.ꝛ.l.xiij.titu.xx.lib.iij.for. ll. Idcoq̃ inquit glo.ſingul.q̃. ¶Intereſſe ſeu lucrum cum alterius damno non eſt conſiderabile.in.l.ſi quis vxori. ſ. ſi ſeruus. ff.de fur.ſingula.ſecundum Bald.in.c.conqueſtus.nume.xij.defer. Jaſon.in.l.iij.ſ.labeo.nu.xiiij.ff.de acquiren.poſſeſſio. Joan. lup.in repe.c.per veſtras.ſ.vj.ad finem repetitionis.idem tenet Bar.in.l.vni. nume. xxiij.C.de ſenten.que pro eo q̃ inter.proferunt. Felin.in.c.literas.col.iiij.verſic. quintus caſus eſt quando.nume.xv. de preſumptioni. Didacus ℣Perez.

Lex regni.

Nota.

¶Facit quia licet contrahens cum pupillo ſine tutoris autoritate obliget eundem pupillum tantum naturaliter.l.j.in fine vbi gl. ꝛ docto.ff.de noua.cũ ſi.tamẽ ſi ex dicto contractu pupilli eſt factus locupletior tenetur naturaliter ꝛ ciuiliter.l.iij.in pnn. ff. como.

Lex regni.

ꝛ.l.pupillus.ſ.j.ff.de auto.tu.ꝛ.d. l. cxliiij. in fi.facit illud quod tenet Ly.in.l.fina.C.õ negoc.geſtis.ꝛ ſequuntur Ange.ꝛ moder. in dicta.l.nam hoc natura.q̃ ſi mandaui alicui q̃ mihi emeret rem certo precio ꝛ emit maiori precio eã mãdanerim cũ minore habere non poſſit ꝛ ſic non fuit in culpa: licet illud plus repetere non poſſit per viam agẽdi tamen poterit per viam excipiendi per eã tatẽ huius dicte.l.nam hoc natura facit etiã ter.ſingularis in.l.ſi me ꝛ ticium.ff.ſi cer. peta.vbi ſi res mea vel mihi debita ad te puenerit ꝛ nõ ſubeſt cauſa quare apud te remanere debeat poſſum ex equitate dicte.l. ſi me ꝛ ticium a te condicere eã quia negotium vere inter nos geſtum non ſit ita etiam dicamus in preſenti q̃ licet inter virum ꝛ vxorẽ non interuenit contractus ex quo vxor poſſit viro obligari ex eo quia vir in ſua cauſa non potuit licentiam ſeu conſenſum preſtare.tamen quia res mariti peruenit ad vxorem.ꝛ non ſubeſt cauſa quare apud eam remanere debeat poteſt vir ex equitate dicte.l. ſi me ꝛ ticium.q̃ ſibi ex eodem cõtractu debetur conſequi. ¶Unum etiam addatis ſu- 122
pradicte proxime limitationi.q̃ eo caſu quo vxor eſt negociatrix marito dante ſibi licentiam vt negocietur q̃ adeo ex tali contractu celebrato inter vxorem ꝛ extrancum tenebitur vir pro ſua medietate debiti dicta. l. ccxliiij.etiam ſi vir prohibeat aliquem volentẽ contrahere cum vxore ſua ne cũ ea cõtrahat ex eo quia ab initio eidem vxori permiſit negociari ꝛ non reuocauit poteſtatem negociãdi.hoc poteſt ꝓbari argu.ter.no.in.l.ſi quis ſeruum.ſ.ſi.ff.de pecu.vbi dicit ter.q̃ adeo dominus tenetur de contractu celebrato cũ ſerno ſuo habente peculium actione de peculio etiam ſi prohibeat contrahentes cum ſeruo ne cum eo cõtrahant q̃ nõ eſt et alio niſi ex eo:quia dictus ſeruus cui peculium a domino fuit conceſſum videtur habere poteſtatem ꝛ mandatum a domino contrahendi ꝛ negociandi.l.j.ſ.item acquirimus.ff.de acqui.poſſe.cum ſimilibus. ¶Facit in ſimi- 123
li ter.in.l.at ſi quis.ſ.idem labeo.ꝛ.l. Hera- Nota.
cius.in pnci.ff.de religi.ꝛ ſumpti.fune.vbi habetur.q̃ ſi quis funerauerit teſtatorẽ herede prohibente nihilominus habet actionem funerariam ad petendos ſumptus factos in funere teſtatoris. ¶Facit etiam in ſimili q̃ ſi quis ſoluit ꝓ redemptione alicuius perſone contra prohibitionem eius põt repetere q̃ ita ſoluit:ſecundũ Joã.an.in.c. cum.c.laicus.de foro cõpe.in.vi.in nouella. bene facit q̃ ſingulariter no.Bart.in.l.ſi ebus.in pnci.ff.de pecu.lega. Facit quia ſi medicus aliquid impendit pro ſanando in-

Universidad de Salamanca. BGH

firmo contra prohibitionem eius potest ab
in firmo repetere glosa est valde not.lxxxiij.
dis.in summa a lis est in.c.j.ꝛ no.Spec.in ti.
de salarijs.§.ſi.ver. Sed quid ſi infirmus.

Adde, Ludou.roma.in sin
gu.cxiij.ꝛ Anconi. cor
set.in sing.rc. in verbo.
expensa.Felin.in.c.contingit.nu. ij. de sen
ten.ex comu.amplissime per Ferdinand. go
meti.in.l.xxvij.Tauri.fol.clxxv.nume.ciiij.
Didacus Perez Salmantinus.

Sed pôt dici q in omnib⁹ ca sib⁹ supra dictis ideo disponit ita cõtra ꝓhibitionẽ cõ petere repetitionẽ qz in eis vertit fauor pu blic⁹.ſ.ne corpora remaneant insepulta.d.l. Neratius.in prin.ꝛ qz interest reipublice ho mines viuentes conseruari ꝙ mortuos tu mulari arg.l.cum ratio ante fin.ff.de bonis dam.secundum Bald.Sali.ꝛ Alexan.in. 124 l.fina.C.de nego.gest. Facit etiam quia Mutuans scholari re petit a eius pfe mutuũ. si aliquis mutuauerit filio alicuius studen ti potest repetere a patre etiam prohibente mutuanti ne filio mutuet cum mutuum ta le vertatur in vtilitatem ꝛ causam studij gl. est no.in.l.sed Julian⁹.§.q dr.ff.ad Macc.

Adde, Autorem in repe. l. vnum ex familia.§.sed ſi fundum.versic. Quar to facit.nume.cxxxj.ff. de lega.ii. Didacus Perez Salmantinus.

Illud tamen q supradixi.ſ.q eo ipso q marit⁹ cõsentit q vxor sua negocietur tenet ex cõtractu eũ ea celebrato ex eo q eidẽ per misit negotiari etiam si expresse ꝓhibeat ne cum ea contrabatur crederem verum ꝛ li mitarem quando merces talis negotiatio nis per vxorem contracte essent sufficientes ad soluendum.d.debitum tunc verum sit q de dictis mercibus satisfiet creditoribꝫ vxo ris cum ea contrahentibus contra prohibi tionem mariti secus tamen est si dicte mer ces ꝛ patrimonium vxoris q habet in dicta negociatione non sufficerẽt ad dicta debita soluenda quia tunc non teneretur maritus vltra vires illarũ mercium ꝛ hoc per.d.§.ſi. d.l.ſi quis seruum.vbi contrahens cum ser no habenti peculium obligat dominum pro hibentem.l.eatenus quatenus est in pecu lio ꝛ non vltra facit ter.expressus vbi in hoc Nota ter. casu non tenetur dominus.nisi quatenꝰ ad cum peruenit ter.in.l.ſi quis mancipijs.§.p culus.ff.de instit. qui ter.est multum notabi 125 lis ad hoc. Sexto fallit.d. regula in foro conscientie vbi agitur solũ de salute anime nam tunc licet in hoc contractu nõ interue niat consensus a lege regia requisitus ꝛ p cõ sequens in foro iudiciali nõ valeret talis cõ tractus valebit tamen in foro conscientie cũ interueniat consensus tã viri ꝙ vxoris dũ tãm in rei veritate nulla interueniat fraus.

Adde, Joannem lupum in repetitio. Rubric. de do natio.inter virum ꝛ vxo rem.§.xlviij.col.fina.ꝛ Lison.in.l.lv.Tau ri.singularissime per Tiraquellum.in.l.xv. cõnubiali.in glo.ij. Didacus Perez.

Et hoc potest fundari per sequentia pri mo per id q dicit Inno.in.c. quia propter. de elect. vbi dixit q ꝓuis in electiõe nõfue rit seruata forma data a canonibus dũmo do interueniat purus consensus eligentium tenet in foro cõscientie de quo dicto facit ma gnũ festum.d.Abb.in.c.j.in fi.de in integ.re sti.q valet in omni actu in quo est pretermis sa solẽnitas iuris positiui vt infero anime nunc ꝓ teneatur quis ibi de hoc facere con scientiam ex quo non interuenit aliqua de ceptio ꝛ affuit consensus habentium actum explicare de iure naturali.

Additio. Istam senten tiam sequitur Fe lin.in.c. j. nu. xlv. de cõsti. Jaso.in.l.nemo potest.in.ij. lectio. nume.lxxix.ff.de lega.j.ꝛ alij relati ad hoc a Andre.tiraquello. in loco citato in additio ne precedenti.fol.cxxxvij.nume.xx.ver.con tra videtur. Idem ꝙ dicit Bart.in Ru bri.ff.de acquiren.hereditã.ꝛ est cõmunis se cundum Areti.Alexan.ꝛ Jason.ibi num. xxiij. q heres non confitiens inuentarium non tenetur vltra vires hereditatis in foro conscientie.idem etiam tenet Abb.in.c.tua. de vsur. Felin. vbi plura bona congerit in. c.audituri⁹.nu.j.de simoni. Angel.in sum. verb.heres. versi.vi. Didacus Perez. Inuentariũ nõ cõfitẽs in foro aie ad id tẽ tenet q rece pit ꝛ non vl tra.

Et idem ỗ electione repetit Innocẽ. in. c. si celebrat de cleri. ex co.et sequit Domi. in.c.j. in principi. de spon. libro. vi. per illã ter. probantem q actus potest esse nullus de iure positiuo sed non de iure naturali et idẽ elegãter de electione notat Petrus de ancharra.in regula beneficium in. vij. q. de regul. iur. benefaciunt examinata per ip sum. regula. possessor.in.j.q.eodem titul.et libro de herede extestamento carente solem nitatibus iuris ꝛ habente consensum puri testatoris an licite teneat in conscientia ꝛ cõ cludit q sic cessante fraude.

Nota, pul chram deci sionem.

Addítio, Nota cõclusio nem istã. quod be res licite. ꝛ sine le sione conscientie. tenet bona ex testamẽto ca rente solemnitatibus iuris positiui.habente tamen purum testatoris consensum. modo nulla sit fra⁹. q idẽ plures affeuerãt vbi ꝙ. Bald.scilicet.in.l.j.col.ij.nu.vj.C. de testa. Paul.de cast.in.l.j.§.conditionem.colu.ij. ff.eo.tit. Fortuni.in.l.Gallus.colu.xvj.ff. de lib.ꝛ posth. Anto. de butri.in.c.quia ple rique.de immu.eccl.nu.ix. Imo.in.c.j.vj. fal lentia.nu.xxxix.de consti. Idẽ in.l.nemo po test.vbi Alexan.nu.xxiij.ꝛ Jaso.in.j.lectu ra.nu.lxxij.ff.de leg.j.ꝛ ibi Rip. num.xcix. col.xix. vsq; quero igitur an scriptus heres. Felin.l.c.ecclesia sancte Marie.nume.xc.de consti. Abb.in repet.c.cum esses.col.iij. nu. x.de testam. Gomez ari.in.l.j.Tauri.q.xxj. nu.cvij.ꝛ in.l.lxvij. nu.pen. ꝛ in.l.liij. nume. lxxix. chart. cclvj. in eisdẽ decisionibus vbi videas. Tiraquell.in.l.xv.cõnubiali. num. xxj.fol.cxxxvij. Didacus Perez.

126 Secundo facit pro hoc dictum nõ.et ex pressum.d. Abba. in.c.relatũ.el.j.in.vj.col. de testa.q cõtract⁹ mulieris fact⁹ sine fran de valet in foro cõscientie etiã nõ seruata for ma statuti loquẽtis de consensu propinquo rũ idẽ.d. Abb.in.c.postrectũ.in.ii.col.de re gula. dixit propter gl.ii.ibi. q ꝓfessio facta omissa forma. q̃ trahit in regula. ligat quo ad deũ. 127 Facit qz vbi canõ vel lex fundat super ꝓsumptione si in foro anime certũ sit presumptionẽ illã non esse verã prevalet ibi veritas etiã quãdo lex induceret ꝓsumptio nem iuris ꝛ de iure ẽm Joa.an. in proposi to in.c.is qui.de sponsa.ex cuius verbis hãc doctrinã firmat.d. Abb.ibi. ꝓde.de anc.in. d.regula possessor.in.xi.co.vsi.adducit suã. ꝛ Bal.elegã.in.l.cũ qs in.xj.col.vsi.queritur anter positiua.C.de iuris ꝛ facti igno.ꝛ Jo. de an.in.c.in literis.in.x.co.ỗ rapto. ꝛ l.c.in ciuitate in.viij.col.de vsuris.d. Abb.in.c.j. de cõstitu.est ter.no.in.c.inquisitioni.de sen. exco.ꝛ ibi.d. Anto.est ter.in.c.tua.ỗ spõsa. facit et ꝓ hac limitatione q lz cõdẽnatio in iusta nõ suspẽsa p appellationẽ liget in foro cõtentioso in quo fer ꝓsumit.p sentẽtia.nõ tñ semper in foro cõsciẽtie.vt no.d. Ant. l.c.si cur.in pen.col.vsi.dic.iiij.de elec. hoc idẽ in n⁹o indiuiduo tz Jaſ. in.l.ſi post diuisionẽ. in vltim.col.C.de iuris ꝛ facti igno. sequẽs. d. Abb.in.d.c. relatũ. ꝛ Feli.in.d.c.j.in.xj. 128 col.de consti. Adde etiã pro expeditione

Aureum dictum.

Adde, Lud. Roma.in cõsi. cccxxxvj.versi. Quarta principalis ratio. Lepo. cautel.xxxvj.ꝛ caut.lvj. Jaso. in aut. quas actiones.col.iij.C.de sac.san.eccle. Jo.lup. in repe. Rub.de dona.§.lxxxj.in nu.x.ꝛ glo. in.d.c.audaci.viij.q.j.in.verb.ꝛ nõ per me. vũ dicit.(per improbitatẽ) melior litera est. per importunitatem. secundum quam citat Domi. in.c.quia per ambitiosã.in.j. nota. de rescrip.li.vj. Ex quibus declaratur.l. Tauri.lv. q si maritus per importunitatẽ concessit licẽtiam vxori.nõ est visus ex tali li centia consensisse. Bonus ter. in extrauag. execrabilis.ꝛ ibi glo.verb. extorsisse. ꝛ in.l.j. per Plate.C.de peti.bono.subla.libro.x. et cõfirmat ex his q not.a Bal.in.c.cũ adeo. de reseri. Imol.in.c.tue.de prebẽ. Deci. in. c.ex parte.col.ij.cũ sequẽ.nu.iiij.de rescrip. et adde.l.xiij.tit.iiij.lib.ij.ordin. Did. Perez. Intellectus ad.l.Tauri Lex regul. 129 Ex hoc potest inferri vna not.limitatio

Universidad de Salamanca. BGH

ad.d.l.ſi.C.ſi quis aliquē teſt. phi.vbi habe
tur q̄ vxor poterit inducere blanditiis virū
ſuū vt aliquid ſibi in teſtō relinq̄t q̄ illō nō
habebit locū qſi marit⁹ ex aſſidua vxōis pe
titiōe aliquid ſibi relinquit qō ē notādū. ita
Lex regni. etiā poterit limitari ter. foro legū. li. iij. ti. de
las mā. l. ir. ꝛ eo. fo. ꝛ li. ti. delas dona. l. ij.

Adde. C Jo. lnp. in rep. Ru
bric. ſ. lxxij. col. ij. cum ſe
quen. Joa. bern. in trac.
ſallenti. regula. 498. Minoi. in ſpeculo con
ſcientie. in. ſ. tractu. c. lxj. ꝛ. c. lxvij. Hippo.
in ſingul. 526. Ferdin. gometi. in. l. j. nu. liij.
ꝛ in. l. xviij. nūme. xxvj. in legib⁹ Tauri. vbi
de hoc videre ad plenū licet. Sid. Perez.

130 C Ex hoc ēt poterit inferri no. q̄ ſi pr̄i vi
ta vni filiox q̄ē in poteſtate habebat dona
uerit quintā partē bonox q̄ō p̄ōt foro legū.
Lex fori. li. iij. ti. delas dona. l. vij. nō tñ ex ſua ꝓpria
ꝛ ſpōtanea voluntate vel blādiciis tp̄ius filij.
ſed ex eius filij aſſidua petitione q̄ talis dona
tio nō cōfirmabitur morte pr̄is cū talis do
natio videatur fieri ex quodā calore iracun
die. ꝛ hoc ar. ter. in. d. l. donationes. vbi equi
paratur donatio facta inter virū et vxorē et
facta inter patrē ꝛ filiū in poteſtate cōſti tu
131 tum. C Ex hoc etiā infertur nota. q̄ ſi ego
Infertur. pater habēs plures filios in meo teſtō. vnū.
ſ. Joānē meliorauī. ꝛ poſtea alii filii tui per
ſuaſerūt dicētes. q̄ erat malefactū melioras
re talē filiū. imo q̄ melius ēt vt meliorarem
Anto. ꝛ ita ego pr̄ feci ſuaſionib⁹ aliox fi
liox vel illi⁹ qui poſtea fuit meliorat⁹ q̄ ta
lis melioratio erit adnocāda. illi qui poſtea
fuit meliorat⁹ et applicabitur illi qui primo
fuit a me patre meliorat⁹. q̄ ꝓbo vltra pre
dicta per ſequentia. C Primo per illud qđ
132 Notab. tenet Salice. in. l. quicquid. limitando glo. ꝛ
Declaſio. Bal. ibi. C. arbi. tu. vbi vicit gl. q̄ ſi aliquis
volebat aliquid relinquere pupillo et tutor
fecit q̄ ſibi relinqueretur q̄ tutor non tene
tur pupillo q̄ intelligit ibi Salice. eſſe verū
quando tutor blando ſermone indu xit teſta
torem ad ſibi relinquendum alias ſi fraude
ꝛ dolo dictum teſtatorem indurerit tutor vt
ſibi relinquat tenebitur eidem pup llo ad in
tereſſe. ꝛ ita intelligitur ſimilis gl. in. l. ticio.
in verbo. inctibiſſet. ff. ad municipa. facit glo.
no. in. c. quicūq; in verbo aut neglectū. xij.
q. iiij. que vult q̄ prelatus qui poterit acqui
rere eccleſie ꝛ illud neglexerit. ꝛ potius pro
curauit ſibi acquirere q̄ tenebitur eccleſia.
133 C Facit etiam text. ſingularis in clementi.
ſede primi. puniens pena ex̄or̄ punicationis

prelatum vel facer dotem volentem relinqne
re alteri eccleſie puta cathedrali. ꝛ ille preia
tus tantum fecit verbis ſuis q̄ fecit relinqui
ſue eccleſie. Facit etiam ter. in. c. fraternita
tem. cum gl. ſuper verbo. Ad nona. ſbi. Cū
electus fuit. de ſepul. Facit text. ſingularis
ſecundum Dan. Rudo. d. Alexan. ꝛ Jaſo.
in. l. dedi. ſ. q̄ō. ff. de condi. ob cau. per quē
ipſi dicunt. q̄ ſi tu impedis me ne aliquam
cōmoditatem conſequar etiam ſi ad illā nō 134
competebat mihi ius agēdi teneris mihi ad
omne intereſſe. C Facit ex̄preſſa determinatio
no. Ange. in. l. nonenim. per illum ter. ff. de
inoffi. teſtamen. vbi per illum ter. cum gloſ.
dicit ſe ſemel obtinuiſſe quandam magnam
hereditatem in fauorem quorundam fratrū
pauperum quibus teſtator in teſtamento be
reditatem relinquerat ꝛ agnati qui iſtud in
tellexerunt tantum moleſtarunt teſtatorem
ei perſuadendo q̄ male faciebat relinquere
bona ſua talib⁹ fratrib⁹ qui nihil boni vnq̄
facerent pro anima ſua et tantum fecerunt
q̄ mutauit teſtamentum ꝛ illos agnatos be
redes inſtituit aduocāda fuit hereditas ab
illis agnatis de quorum doloſa perſuaſio
ne apparet ꝛ ita dicit fuiſſe aduocatum per
dicta. l. non enim idem tenet. Angel. in. l. j.
in fine. C. ſi quis ali. teſta. prohib. vbi dicit q̄
queſtio ſuperius relata fuit de facto Peru
ſii ꝛ q̄ ita fuit iudicatum eo tunc exiſtēte vi
cario domini epiſcopi. refert et ſequitur ibi
Jaſon ꝛ melius ꝛ latius not. dicta. l. dedi. in
dicto. ſ. q̄ō. in prima colu. facit etiam text.
in. l. lucius. ſ. sempronia. cum gloſa. in ver
bo. actionem. ff. de leg. ii. Facit q̄ dicit An
ton. de Butrio in conſilio. lxxviij. in quan
tum ibi ipſe trahit qualiter contra prohibē
tem teſtari datur actio de dolo ad intereſſe
quem ibi videas. C Item adde q̄ quan 135
do iudex videret aliquem propter metū nō
audere teſtari poſſe ex officio ſuo accedere
ad infirmum ad hoc vt libere teſtetur ꝛ vo
cere teſtes ꝛ notarium vt illi non tollatur li
bera teſtandi facultas caſus eſt ſingularis
ſecundum intellectum Odofredi. ibi in lege
curem. ff. de teſtib⁹. C Cum verſetur fauor 136
publicus vt teſtamenta fiant ꝛ ſuum poſſint
habere ex̄itum. l. iij. ff. de teſtamen. ꝛ. l. vel ne
gare. ff. quēadmod. teſta. aperi. quem ter. re
putat quo ad hoc ſingularem Bal. nouell.
in tractatu. ſocrum in. vi. parte. in. xviij. pri
uilegio in. ſ. q̄ eſt notandū quia multories
aliquis vult facere teſtamentum tamen non
audet propter timorem proximorum cōiun

guineorū q̄ ipſum impediūt forte egrotantē
ꝛ timentem accellerationē mortis nā poteſt
tunc iudex ex officio ſuo vt dixi accedere ad
talem infirmū ꝛ teſtes adhibere ꝛ notarium
vt illi ſupradicto modo non tollatur libera
teſtandi facultas per dictā. l. curent. ſicut di
cim⁹ in ſimili quādo filia eſt in poteſtate pa
tris ꝛ a patre ruboze virginali nō audet pe
tere ſe maritari ꝛ dotari ꝛ pater eſt negligēs
vel forte ex̄preſſe renitens vt aliquando ſo
let cōtingere. ꝛ nec forte habet cognatos qui
vellint hoc onus adeundi iudicem ſuſcipe
re. ꝛ ipſa forte eſt vtro matura tunc iudex ex
officio ſuo debet impartiri officium ſuū etiā
filia non petente in cogendo talem patrem
conſtituere dotem congruam. textus eſt no
tabilis in. l. iij. poſt principium. ff. de iure do
tium vt trahit Bald. nouellus. in dicto tra
cta. doti. in dicto priuilegio. xviij. in p̄ncipio.
137 quod eſt bene notandum. C Et ex hiis po
Nota. terit dari limitatio ad ter. in. l. iij. ſ. hoc aūt
iudiciū. ff. ō damno infect. ꝛ ad ter. in. l. j. ſeu
vnica. C. vt que def. aduoca. quib⁹ cauet q̄
iudex non p̄ōt ſuplere ex officio ſuo ſed ſuū
officium debet impartiri parte petente. nam
hoc fallit fauore dotis ꝛ fauore teſtamēti. in
quibus vertitur fauor publicus. l. j. ff. ſolu
to. matrimonio. ꝛ dicta. l. vel negare. quia vi
cta regula fallit vbicunq̄ vertitur fauor pu
blicus ſecundum Innocen. in. c. ad noſtrā.
in. ij. vbi etiam moderni de iureiuran. ꝛ hos
caſus notat ꝛ adde ad illos quos ponit do
minus Alexander. in dicto. ſ. hoc autem in
dicium. ꝛ in dicta. l. vnica. vbi licet pleniſſi
me locutus eſt in iſto articulo. ſcilicet in qui
bus caſibus iudex impartitur officium ſuū
parte nō petente. nō tamē poſuit iſtos duos.
ſcilicet de dote ꝛ teſtamento.

Additio. C Iſtos caſus re
fert et ſequitur Go
met. in. l. j. num. cl.
fol. xxiij. col. ij. in legibus Tauri. Dida
cus Perez Salmantinus.

138 C Secundū adde. habemus hodie de iure
Exponitur. noſtri regni q̄ nullus ſe ſubmittat iuriſdi
Loadi. li. iij ti. j. l. vj. tioni eccleſiaſtice: neq̄ faciat obligationem
cum iurameto iunctim vel ſeparat m ꝛ ſi ta
lis obligatio cum iuramento fuerit celebra
ta non valeat. neq̄ aliquam poſſit facere fi
dem: neq̄ probationem: neq̄ iudices ta
lem obligationem mandent execution. ꝛ q̄
nullus tabellio talem recipiat obligationem
cum iuramento modo iunctim cum contra
ctu modo fiat ſeparatim dictum iuramentū
a contractu ſub tali pena. q̄ ſi talis tabellio
ſignauerit talem obligationem iuratam per
dat officium tabellionatus. ꝛ in ſuper ſcrip
ture ſue de cetero non faciūt fidem neq̄ pro
bationem ꝛ perdat medietatem bonorum
ꝛc. ꝓ vt trahitur in libro ordinamen. lib. iiij.
titulo. j. l. vj. incipiēti. C Porque ſomos in
formados ꝛc. iſtam. l. ſemper intelleri in cō
tractibus qui de per ſe poſſint ſine iuramen
to valere. vt in talibus contractibus ſi appo
natur iuramentum vendicent ſibi locum pe
ne per dictam. l. vj. ſtatute. ſecus tamen eſt
in contractibus qui ſine iuramento non poſ
ſint valere vt eſt cōtractus minorum auth.
ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendi.
iuncta. l. j. eodem titulo ꝛ in contractibus fa
ctis ſuper alienatione rerum dotalium qui
non valent ſine iuramento. l. vnica. ſ. ſed cū
ler. C. de rei vxor. actio. l. cū quis. ff. ſolo. matri
mo. ꝛ per totum titulum de fundo dota. ꝛ in
ſti. quibus aliena. licet. vel nō. in p̄in. ꝛ. c. cū
contingat. de iureiuran.

Additio. C Comprobatur
ex ſententia Bal. in.
l. j. nu. xvij. C. de in
ſti. ꝛ ſubſti. dum dicit. conditionem impoſſibi
lem. ex natura actus non fore reliciendā. li
cet alias ſi non eſſet. contrarium foret. de cu
ius intellectu erbuberantiſſime per Ferdi
nan. gometi. in. l. lxv. Tauri. nu. iiij. ꝛ adde Lex regni.
pragmaticam. fol. clxvj. col. iiij. ꝛ fol. cxcvij.
col. ij. Didacus Perez Salmantinus.

C Et in promiſſione arrarum. que non va 139
let ſi fuerint promiſſe vltra decimam partē
bonorum promitentis non valēt vltra dictā
decimam. vt habetur foro legum. libro. iij. ti Lex fori.
tulo. ij. l. ij. niſi interveniat iuramentū. ſecun
dū Joan. andre. in additioni ad ſpecul. in
titulo de ſenten. ſ. vt autē. in additione inci
pi. ad hec. vt etiam trahitur per dominum
Alexand. in primo volumine conſiliorū cō
ſilio. xxvij. incipienti. Eliſo libello produ
cto per procuratorem petri.

Additio. C Promiſſū vl
tra decimā partē
nomine arrarum
contra diſpoſitionē. l. fori. a Autore. citatā. Lex Tauri.
vel. l. l. Tauri. que idē diſponit firmari iura
mēto. tz Joa. lup. in repe. Rub. ō donatio.
ſ. xxiij. ꝛ Gomez ar. in. l. 48. in legib⁹ Tau
ri. nu. xiij. cōfirmari p̄ōt ex adductis a Tira
quell. in. l. xv. connubiali. in. glo. ij. in fina. q.
nu. xxv. Hodie vero arre nō debent excede Arre certa.
re octauam partem. vt in lege. cj. in cuius

Universidad de Salamanca. BGH

edere non debent.

de Madrid.anni. ḉcc.ſ.xxxiij. per quã fuerunt amplitate predicte leges regni. Roder. ſuarez exiſtimat vltrã diſpoſitionem legalẽ promiſſum nõ firmari iuramẽto.in.l.j.titu. de las arras.fol.cxxxij.col.j.ꝛ allegat ad id.l.

Lex fori iuzgo.

vj.titu.j.lib.iij. fori iuzgo.ſed primõ ob vinculum iuramenti veriorẽ ꝛ tenendam exiſti

Arre apud nos q̃ ſint.

mo. ¶ Arre vero apud hiſpanos que ſint optime declarat doct. Hidac.couarr.in epitome.in.ij.parte.c.iij.ſ.vij.col.fin. que arre

Lex regni. Mores boc.

non confiſcabuntur ex delicto mariti.l.iij.titu.viij.lib.viij. ordinamẽ. Solutoq; matrimonio proprietatem preciptant filijs priorie matrimonij. mariti premortui a quo proceſſerunt arre ſoꝛe ſeruandam.firmat ita cõſultum fuiſſe a ſe in caſu contingenti Francis. Crem. in ſingu. ciꝛcij. incipi cõſulut pri-

Regie legis

die.ꝛ eſt.regia.l.xxiij.ff.vj.part.iiij.ꝛ.l.xxvj. titu.xiij.part.v.. Hidacus Perez.

140 ¶ Omnino vid.ſ.num. lviij.ꝛ ibi in additione.

Er donatio facta per patrem filiofamilias que nõ valet incontinenti.l.ij.C.de inof. donatio.ꝛ.l.do.C.de don.inter virũ ꝛ vroꝛem.tamen firmatur iuramento.ſecundum Bald.in.l.iij.in vltima queſtione.C.de vſu ca.pro empto.ꝛ in repe.l.ij.in.xvj.char.ꝛ in volumine conſiliorum conſilio. ccclxxij.ꝛ dominus Abbas in dicto.c.cum contingat.in vlti.col.idem tenet dominus alexand.in.l.ſi donationẽ.C.de collat.ꝛ Jaſon.vbi ponit ꝛ plures alias concordantias in.l.frater a fratre.in penulti. colum. ff. de conditio. inde.

141 ¶ Similiter donatio inter virum ꝛ vroꝛem non valet ſi fuerit facta conſtante matri-

Donatio inter virũ ꝛ vroꝛem firmat iuramento.

monio toto titulo.ff.ꝛ.C.de donat. inter virũ ꝛ vroꝛem.tamen ſi fuerit iurata firmabitur iuramẽto ſecũdũ Bar.in.l.Scius ꝛ Angelus.ff.ad legem falcidiam.ꝛ in. l. ſi quis pro eo.ad finem prin.ff.de fideiuſſo. Ange.in.l. pen.ſ.mulier.ff.ſolu.matrimo. Imo.in.l.ſi quis inquilinos.ſ.ſi.vbi moderni.ff.de lega. j.cũ multis aliis concordantijs quas late poſuit Jaſ. qui etiã hãc tenuit opinionem tãq; magis cõmunẽ in.l.pacta que contra.in.ij. col.C.de pactis.ꝛ in pacto de ſtruta ſtipulatione q̃ non valet.l.ſtipulatio hoc modõ tãcta.ff.de verborum obligatio.ꝛ.l.fina.C.de collat.niſi iuramẽto firmatur.c.ij.de pactis. li.vj. nam tales contractus ꝛ ſimiles quãdo cũq; ſunt. iurati dico q̃ nihilominus valebunt ꝛ de talibus obligationibus etiam iuratis non intelligitur dicta.l.vj.ꝛ vt oppoſita iurata ſe oppoſita clarius illiciſcant. l. munerum.ſ.mixta.ff. de munc.ꝛ bono.adduco. primo fundamenta que faciunt pro contraria parte. ¶ Et dico primo q̃ dicta.l.vj. vi detur q̃ non ſolum habeat locum in contractibus ſine iuramento valituris verum etiã in illis qui non valent ſine iuramento vt in caſibus ſuperius relatis ꝛ eis ſimilibus probatur quia.l.vj.loquitur indiſtincte ergo indiſtincte eſt intelligenda vulgata.l.ꝺ precio. ff.de publici.l.j.ſ.ꝛ generaliter.ff.de lega.ꝓhan.glo ſa.in.l.iij.ff.de offi. preſi. hinc dicit. Baldus.in.l.in fraudem.ſ. fina. per illum ter.ꝛ gl.ff.de teſta.mili: q̃ vbi ſtatutum nullum caſum excipit.non debet iudex excipere idem Bal.in.l.cum ancillis.in vltim. col. C.de inceſt.nup.no.argu.glo.ibi q̃ vbi ſtatutum non determinat nec̃ ego determino ꝛ ſic lex vel ſtatutum eſt ſeruandũ prout iacet ꝛ idem Bald.in.l.ſi furioſi. per illum ter. in ver. non loquitur. C. de nuptijs. ꝛ in.l.teſtamentum non ideo.in fi.C.de teſta. facit.l. ſi ſeruum non virit prẽtoꝛ.ff. de acquit.bere.cum igit̃ dicta.l.vj.loquatur indiſtincte.ꝛ nullum caſum excipiat nec̃ hoc determinet nec̃ per conſequens dicat indiſtincte eſt intelligẽda ꝛ nos determinare hec non debemus nec̃ dicere poſſumus ſcilicet vt dicta.l.vj. ſolum intelligatur in contractibus per ſe valituris ſine iuramento ꝛ non in contractibus que alꝫ ſine iuramẽto effectum non habent. ¶ Secundo facit quia dict.l. vj. loquitur indiſtincte per verbum (ningun lego.) ꝛ per verbum (non faga obligacion) ibi ningũ (lego).ꝛ per verbum (non faga obligacion.) que verba tãq; indiſſinita eqꝑ pollent vniuerſali.l.ſi pluribus.vbi Bart.ꝛ moderni.ff.de lega.ij.ꝛ ſic perinde eſt dicere ningũ lego.ac ſi diciſſet ningũ lego maiozem ꝛ ſic de ſingulis. ꝛ codẽ mõ pinde eſt dicere. (obligacion) ac ſi diciſſet. oꝛa ſta valedera ſin iuramẽto. ¶ Tertio facit quia ſtãte rationẽ legis debet ſtare eius diſpoſitio. l. adigere.ſ. cõmunis.ff.de iure.patro.c.ꝛ ſi chriſtus.de iureiurando. cum ratio legis ſit anima legis.l.cum pater.ſ. dulciſſimis.ff.de lega.ij.l.militis agrum.ff. de re mili. Sed ſic eſt.q̃ ratio dicte.l.vj. prohibentis in contractu admiti iuramentum eſt ne cauſe ſeculares trahantur ad foꝛum eccleſiaſticũ.c. nouit.v. poſtremo.de iudi.c.per venerabilem. de elect.ꝛ.c.ſi.de foꝛo compe.li.vj.ꝛ trahit Bald.in.l.liberti.in vltima col. C. de operis liber.in.l.ordinarij.C.de reiuendi.in.l.ſi in vltima col.C.de rebus credit.ꝛ in au. ſacramenta puberum.in.iij.col.de pace.iura. firma.ꝛ in addi.Specu.in.titu. de cõpertin.

142

143

iudi.adi.ver. iuramentum.ꝛ q̃ iſta ſit ratio.dicte.l.vj.probant.verba ipſius legis ibi E la nuestra jurisdicion real a causa desto recibe detrimẽto ꝛc.ergo ꝺ habere locũ diſpoſitio.ꝺ.l.vj.in caſu in quo cõtract⁹ nõ valet niſi mediãte iuramẽto cum etiam dicto caſu.cauſa minoris trahatur ad foꝛũ iudicis eccleſiaſtici.

144 ¶ Quarto facit quia ſi principes noſtri illuſtres.vj.legis cõditores voluiſſent iſtũ caſum excipere boꝛ i eadẽ.l. exceſſiſſet.l.vnica.ſ.ſi.C.de cadu.tolle.ꝛ.c. ad audientiã.de decim.vt fecerũt in alio caſu poſito in ſi.eiuſdem legis vbi dicerunt q̃ reſpectu reditꝰ eccleſiaſticorum valeant clerici ꝛ prelati apponere iuramentũ in ſuis cõtractibus.

145 ¶ Quinto facit quia exceptio firmat regulam in contrarium.l.j. vbi gl.ff.de reg. iuris.ꝛ in rubrica. de reg. iuris. lib.vj. per glo.ꝛ doctores ſed ſic eſt q̃ dicta.l.vj.excepit vnũ tantũ caſum quem nũc de proximo viri in quarto fundamẽto ſupioꝛi: ergo regula illius legis remanet firma in alijs.

146 ¶ Sexto a verbis ꝛ mẽte legis quibus ſtare conuenit nõ eſt recedendum. l. nõ aliter. ff. de lega.iij.ꝛ.l.j.ſ.is qui nauẽ.ff.de exercit.

Adde. ¶ Philip. dec. in conſil. cxxxix. nume. ij. ꝛ conſil. clxvi.ꝛ in con. cclxxxvij. nume. vij. Didacus Perez.

¶ Sed vba ꝛ mẽs dicte. l.vj. ſunt ne cauſe ſeculares trahantur ad foꝛũ eccleſiaſticum vt patet in prohemio eiuſdẽ legis pro vt ſupra narraui. ergo ſequitur q̃ dicta.l.vj. nõ ſolum habeat locum in contractibus qui poterant effectualiter valere ſine iuramẽto. verum etiã in contractibus qui non poſſunt in effectu valere ſine iuramento. verum etiã in contractibus qui non poſſunt in effectu ſine iuramento. valere cum vtroq; caſu ſecũlares traherentur ad iudicem eccleſiaſticũ.

147 ¶ Septimo in generali prohibitione non videtur quis ea excipere q̃ veriſimiliter non eſſet excepturus ſ argumen. l. generali. ff. ꝺ pigno.ꝛ.l.j. C. que res pig. obli. poſ.

Additio. ¶ Adde Negusanti. in tract. ꝺ pignoribꝰ. in. ij. parte. mẽbro. ij. nu. xxxvij.ꝛ in nu. xij. Mathesila. in ſing. cxxxvij. Petr. gerard. ſing. xxxv. ¶ Opp. in ſing. cccxiiij.ꝛ in cõſi. xxj. nu. xix. Minorita. in ſpeculo conſcientie lib. ij. c. xvij. ſ. iiij. Piero. cagnol. in repe. l. ſi. nume. ciij. ꝛ. cv. C. de pact. Felin. in. c. ex parte col. iij. ꝺ conſti. Bonus ter. in. c. cum in generali. de

Lex regni.

officio. vica. lib. vj. vbi per glo.ꝛ doctor. ꝛ.l. v. titu. xiij. parti. v. Didacus Perez.

¶ Sed ſic eſt q̃ ex prẽſtatione iuramẽti huius cauſa traheretur ad iudicem eccleſiaſticum q̃ nõ eſt credendum principẽ excepiſſe ergo non venit talis exceptio adaptanda. dicte.l.vj. ¶ Octauo a forma legis nõ eſt recedendum.l.nemo poteſt.ff.de lega.j.l. certa forma. C. de iure fiſci. libro. x.l. q̃ ait.ff. de adul.l.ſi acp. ad legem acquili.ꝛ.l.furem.ff. ad.l. Corne. de ſica.

148

¶Istud quod dicimus. q filius stipulando acquirit patri actionem habeat locū ecō trario quando pater stipulatur filio:quia acquirit sibi.ter.est in.l.dominus. ff. de verbo. obligatio.ꝛ in.l.q dicitur.in principio eodē titulo.ꝛ in.§.ei vero.institut.de inutilibus stipulatio.cum vox patris sit vox filij.nam pro sumitur filius stipulatus patri.ꝛ sic q acquiratur patri per filium.q tamen est intelligēdum verum quādo pater stipulatur filio ea que in iure consistunt.secus tamen est quando stipulatur ea que non consistunt in iure, vt promittis filio meo ire agere licere. nam hoc casu inutilis est ista stipulatio. Et est ratio:quia cum pater stipulatur filio fingitur filiꝰ stipulatꝰ. Sed sic est q si filiꝰ stipularet factum nō acquireretur patri ergo pater stipulando filio factum non acquirit sibi. tertꝰ est notabilis in dicta.l.q dicitur.adeo q dicta stipulatio non solum est inutilis quantū ad patrem.sed etiam quantū ad patrem.sed etiam quantum ad filium.ita est glo.nota.in dicta.l.q dicitur. ¶Pro quo facit tertus in eadem.l.ver.alioquin referēdo illum versi. ad principium.l.cum ergo. ille ter. loquatur in distincte ꝛ generaliter indistincte.ꝛ generaliter est intelligendus.ꝛ sic q nō solum sit inutilis quo ad patrem:sed etiam quo ad filiū. vt in.l.j.§.generaliter.ff.de lega.prestā.ꝛ in. l.de precio.ff.de publi. Secundo facit p hoc ratio euidens: quia si dicta stipulatio patri est inutilis de necessario. sequitur q quo ad filium etiā sit inutilis quia cū filius sit adiectus ad obligationē. ꝛ obligatio ei queri nō potest:eo q secundum ista tēpora.ffortū.filiꝰ proprium habere non potest exceptis castrēsibus ꝛ quasi castrensibus peculijs ꝛ dote.vt in.l.placet.ff.de acquiren.heredi.ꝛ in.l. ¶Ponius philadelphus.ff. familie hercis. non poterit nec̄ debet sibi impleri illud quod in stipulatione deuenit per tertum in. l. si duo. ꝛ in.l.qui ita.§.qui sibi.ff.de verbo.obligatio. vnde pki non debet adimpleri:qꝛ factꝰ est coheres filio:nec̄ filio impleri debet:quia adiectus est ad obligationem ꝛ sibi obligatio q̄ri non potest.vt dictū est.ꝛ sic ex toto stipulatio redditur inutilis tam respectu patris q̄ respectu filij. Tertio facit:quia si de iure dicta stipulatio fuisset vtilis quo ad filium facile fuerat in ris consulto dicere illam stipulationē esse inutilem quo ad patrem tantummodo. argu.l.vnice.§.sin autē ad deficientis. C. de cadu.tollen. ꝛ in.c.ad audientiam. extra de decimis. ¶Quarto facit tert. noster iunctο ter.in dicto.§.ei vero.

¶Adde. ¶Fortuni.in.l.Gallꝰ. §.quidam recte.col.(mibi)xxvj.ver.vlterius. ff. de libe.et posth. Ferdinand. gomez.in.l.iiij. Tauri.nu.xxxiiij. Dippoli. in singula. cle. Jason.in.l.quod cunq̄.nume.j. ff.de verb.

Universidad de Salamanca. BGH

obliga. Tiraquell.in repe.l.si vnꝯ.in prine. nu.xxiij.C.de reuoc.don.vbi plura in hoc cõ gerit.z est etiã gl.sing. in.l.ij.C. qui etate vel ꝓfessi. se excusf.li.x.z alibi supradixim⁹.ideo nolo occupare chartas versa vice. ℣l. ℣pe.

¶Hoc modo filius potest stipulari. pfi vt hoc tex. z eodẽ modo pater filio potest stipulari.quia vox patris ẽ.vt.v.§.ei vero. ꝟ sic ẽ ꝙ filius stipulãdo factũ patri inutiliter stipulatur quo ad patrẽ.vt in.§.sed cũ factũ.iuncto prin.insti.de stipula.ergo eodẽmodo pater stipulando factum filio inutiliter stipulatur quo ad filium. z sic quemadmodum vbi est vox filij ibi est vox patris affirmatiue. ita vbi non est vox filij ibi non est vox patris negatiue.istam opinionem tenent omnes in victa.l.ꝙ dicitur. scilicet Bar.eã ibi limitãdo z Angel. ℣Paul.de castro. Joban. de imol. Aleran.de imol. z Francis.de aretio.z glo. in dicta.l.ꝙ dicitur. z in.l.stichum aut pamphilum.§.quesitum.in glo.fina. ¶Sed nõ
26 obstante supradicta sententia omniũ doctoAutoris opinio. rum.ego premissa iã dicta correctione et salno meliori iudicio ausus sum tenere contrariam opinionem.imoꝙ talis stipulatio a patre ipsi filio celebrata continens merũ z simpler factũ z soli persone filij coherens sit vtilis quo ad filium z patrem.quo ad filiũ probatur sequentibus fundamentis. probatur per tex.in.l.si quis operas.et.l.cum patronus.§.j.ff.de ope.liber. vbi dicunt iura. ꝙ si pater stipulatur operas sibi liberisq; suis talis stipulatio non solũ est vtilis quo ad filios ante natos:sed etiam nascituros. scilicet possibumos.z sic queritur a nõ filiis tamẽ opere incerte.ita coherent persone filij vt nõ sint cõmunicabiles patri.vt est tex. in.l.seru⁹ patroni.cum sua glo.ff.de ope.liber.z text.in.l. antepenultima.ff. de stipulatio. seruo. neq; huic fundamento obstat ꝙ dicunt doctores omnes tenentes contrariam opinionem z respondentes illi.l.si quis operas.z.l.cum patronus.§.dicentes.ꝙ dicta iura ideopermittunt filium habere actiones in dicto casu: qz stipulatio cõtinens factum fuit collata a patre in filium post mortem ipsius patris. z sic in tempus quo filius fuit sui iuris quo tempore filius erat capax iuris huius stipulationis.per tex. in.l.quodcũq;.§.si quis ita.ff.de
27 verbo.obliga. ¶Nam non debemus intelligere.ꝙ viuente patre filius possit cõsequi dictas operas.sed post mortem patris.vt in.l. iurisurãdi.§.si liberi.ff.de ope.liber.quia ad hoc possumus respondere tenendo istã meã cõclusionem z dicere ꝙ ille in dicta.l. si quis operas.z altera.l.cũ patronus.§.j. secundũ dictum intellectum faciunt pro ista mea conclusione.nam si in casu in quo filius est sui iuris pater stipulando factum merum acquirit eidẽ filio multo fortius in casu in quo pater stipulatur filio existenti in potestate. et ꝙ istud argumentum a fortiori procedat probat fili⁹ in dicto casu dict.l. si quis operas. est extraneus.vt in.l.vnica.§.extraneũ.C.de rei vxo. acti. z in.l.si genero.C. de iure doti.
28 ¶Si ergo in dicto casu acquirit filio emancipato.i.extraneo.ꝑ alterũ.i.patrẽ qõ est cõtra tex.in.l.stipulatio ista.§.alteri. a fortiori acquirit filio in potestate existẽti. arg.v.§.alteri.ibi preterq;.z sic dico ꝙ dicta iura optime faciũt. ꝓ ista opinione z cõclusione mea. z cõtra opinionẽ doctorũ. Neq; obstat illud quod dicunt doctores. ꝙ filius tũ sit in potestate patris est in capax iuris per dictã.l. placet.quia in hoc erat clara respõsio.nã cõcedo ꝙ filius nõ est capax iuris per.v.l.placet. est tamen capax facti.vt est tex.not. in dicta. l.stipulatio ista.§.bij quoq;.vbi seruus est capax facti.z in.§.sed cum factum.quanto magis hoc dicimus in filio z cum ista stipulatio ire agere licere sit facti z non iuris. vt dicta. l.stipulatio ista.§. cum vero. nimirum ꝙ filius habeat vtilitatẽ ex tali stipulatione.Secundo facit pro ista conclusione.tex. in.l.stichum aut pamphilum.§.quesitum.ff.ꝺ solutio.vbi dicit text.ꝙ si pater hoc modo est stipulatus promittis mihi aut filio meo decem non intelligitur isti filio acquisita stipulatio: quia persona filij ibi nõ fuit adiecta ad obligationem sed ad solutionem a contrario ergo sensu si pater non sit alternatiue:imo simpliciter stipulatus.hoc modo promittis filio meo dare decem tunc filio acquiritur obligatio:quia hoc casu filius non fuit adiectus solutioni:imo obligationi z hoc ibi expresse tenet ℣Pau.de ca. ¶Tertio facit z meli⁹ z clarius ter.in.l.cum qui ita.§.qui sibi aut filio. 29 in fine.ff.de verbo.obligatio. vbi expresse dicit text. ꝙ si pf filio simplr stipulet acquirit filio obligatio. Neq; obstat ꝙ posset dici.z dicunt doctores ꝙ dicta iura in dicto.§.quesitum.z in dicto.§.qui sibi aut filio.non loquũtur de factis coherentibus persone filij. sed tantum de bijs que in iure consistunt. puta promittis filio meo dare decem z ꝙ conclusio mea loquitur quando pater stipulatur factum coherens persone filij:quia si dicta iura hoc modo intellecta probãt istã conclusio

nem a fortiori hoc modo arguendo filio patre idem stipulanti acquirit ea que sunt iuris cuius ipse filius non est capax. vt dictũ est.et propterea de filio transit in patrẽ.a fortiori filio acquirentur patre stipulante ea que sunt facti cuius est capax ad hoc vt non transeãt in patrẽ:imo remaneat penes filiũ:quia semper stipulatio per maiorẽ partẽ remanet in suis terminis quã transitũ faciat vt in.l. sed
90 z si quis.§.si operas.ff.de vsufru. ¶Quarto facit pro hoc tex.in.l.pater.C. de pacti.cõnen.vbi dicit ter.ꝙ ego auus paternus secũ dũ intellectũ Bar.ibi do dotẽ pro filia mea z stipulatus sum a genero meo. vt filia mea in matrimonio defuncta nepotibus meis ex filio quẽ habeo in potestate dotẽ restituat q̃ ritur per meã stipulationem nepotibus meis quos habeo in potestate vtilis actio. Neq; obstat si dicatur ꝙ dicta.l.pater.non loquitur de stipulatione continente factũ imo dationem z nos loquimur quãdo stipulatio paterna continet factum coherẽs filio quia potest vno de duobus modis responderi. vno vt supra proxime respõsum est. Secundo dico ꝙ ille tertius optime probat cõclusionem istã.nã ibi eodẽ modo loquitur de re que soli filio coheret rõne acquisitionis z retẽtionis etiã iure isto.ff.ꝺ.in quãtũ loquitur de dote cũ filia erat capax.vt in.l. ℣Ponponius phila delphus.ff.familie hercis. z sic res de qua in dicta.l.pater.habet eandẽ qualitatẽ quã habet factum coherẽs filio ꝙ nõ transit in patrẽ.ita dos habet istã qualitatẽ ꝙ ita etiã isto iure coheret filie quod semper manet penes filiã:ergo ꝙ iudicatur in dicta.l.pater.de dote idẽ erit iudicandũ de facto si ergo acquiri
91 tur dos filie per stipulationẽ patris z remanens penes filiũ sine eo ꝙ facit trãsitũ ad patrem.ita debet acquiri filio factũ per stipulationẽ patris z penes filiũ remanere.z istã cõparationẽ facit glo.quã ibi sequitur Salice. in dicta.l.pater. ¶Quinto facit tex.in.l.stipulatio ista.§.bij qui sunt.ver.cũ vero.vbi dicit ter.iuncto pn.illius.§.z iuncto. §. ei vero. insti.de inuti.stipu.nã dicit principiũ dicti. §. bij qui sunt. ꝙ nemo potest alteri stipulari fallit in filio qui potest vtiliter stipulari patri dicitur in.§.ei vero.ꝙ eodem modo pater potest stipulari filio.dicit nuncter.in dicto ꝺ sic.cũ vero.ꝙ pater stipulãdo filio acquirit filio si stipuletur factũ coherẽs filio vt ꝓmittis filio meo ire agere licere z rationem ponit ibi ter.quia cũ talis stipulatio contineat factum z nõ ius cuius facti filius est capax ni-

rum si filio acquiratur hoc casu. Neq; obstat ꝙ dicit.ꝺ.§.bij qui sunt.ver.cũ vero.quia ibi loquitur ille ter.in casu quo intererat ipsius patris filium ire agere licere.vt quia filius ꝺberet ire per fundũ ticij ad fundum patris.z sic ad commodum patris quo casu omnes fatentur talẽ stipulationẽ vtilẽ esse:quia ista est diuinatio que est fugiẽda.vt est ter.in.l. si putator.in fine.ff.ad legẽ aquiliã.z in.l.fina.C. de male.z ma. ¶Cum sit refugium miseroꝝ 92 rum.vt notat gloss.in.l.filium quem habentem.C.fami.hercis.

¶Additio. ¶Ad idẽ istam glos.alegat autor. in repe.l. ab exheredati substituto.nume.lxxij.ff.de lega.j.z in tracta.de bonis lucra.constante matri.in nume.clxvij. Jas.in auth.quas actiones.num. viij.C.de sacro sanct.eccle.Didac⁹ ℣Perez. ¶Neq; eodem modo obstat si dicatur ꝙ in dicto.§.bij qui sunt.nõ pater imo filius fuit stipulatus sibi quo casu filio z non patri põt acquiri.vt in.§.sed cum factum.institu.de stipu.ser.quia ad huc posumus respondere ꝙ talis intellectus non obstat:quia si filius stipulando factum acquirit sibi eodẽ modo pater stipulãdo factum filio acquirit filio cũ stipulatio facta a patre fingitur facta a filio si ergo a filio fieret acquireret sibi filius tale factũ z non pater cũ cobereat soli persone filij eodẽ modo quãdo pater stipulatur filio acquiritur filio z non patri cũ vt dixi sit factũ coherens soli filio z non patri. z hoc per dictam.l.ꝙ dicitur.ff.de verbo.oblig.z in.l.dominus.eodem titulo.z in dicto.§. ei vero.

¶Sexto facit pro hoc text.nota. in.l. sed si 93 vnius.§.fina.ff.de iurijs vbi dicit ter.ꝙ filiofamilias recipienti iniuriã competit actio vtilis iniuriarum patre suo mortuo.z illud ideo est:quia illud ius vendicandi iniuriam non erat cõmunicabile cũ heredibus patris. z sic videtur dicendũ in presenti.ꝙ eo ipso ꝙ istud factũ deductũ in stipulatiõe patris nõ est cõmunicabile cũ patre ꝙ acquirat filio. Septimo pro hac parte ego allego tex.subtiliter inductum in.l.℣Papinianus.in princ.ff. de inoffi.testamen.vbi dicit ter.ꝙ si filius est exheredatus a matre.z sic cõpetit sibi querella inofficiosi testamẽti quã querellã filius nõ vult intẽtare.erat ibi dubiũ an pater potuisset ibi inuito filio eã intentare.z dicit ibi text. ꝙ non.z est ratio:quia illud ius querellandi est coherens soli filio propter iniuriam que soli filio ẽ facta ꝓpter exheredationẽ. z ꝓpe

Universidad de Salamanca. BGH

rea dicit penes filiū remanere. ⁊ ab ei⁹ pſona nō ſcparari. ita videt in p̄ſenti vt ſup̄ dictū ē.

¶Additio. Ex quo dixit ſing. Bal. i. l. ſi. col. iij. nu. r. C. ō bonis q̄ lib. q̄ monaſteriū inuito monacho p̄terito. vl̄ iniuſte exheredato. nō hz ius dicēdi nullū vl̄ q̄relādi teſtū pſis monachi ſic p̄teriti ſeu iniuſte exheredati. ⁊ ē ter. ꝓ hac cōcluſiōe in. d. l. ¶Papinian⁹. i p̄n. ff. ō inoff. teſt. ⁊ iſtā cōcluſionē tz Bida. ōi caſtillo. in. l. 24. l. gl. ſi. vſi. xxij. cōcluſio. l. ll. Tauri. vi. tū Fel. i. c. in p̄ētia. co. pe. ō ꝓba. ⁊ ego alibi dixi. Bi. pe.

94 ¶Octauo facit ter. l. l. cū heres. in p̄n. ff. ō acq̄. he. ⁊ ille ter. ē vnic⁹ i iure ſm Jo. ō imo. ibi nā dicit ibi ter. ſi ablata ē hereditas filio furioſi ip̄e fili⁹ ſine iuſſu p̄is p̄ōt adire illā hereditatē. ⁊ acquirit illi filio actio ⁊ illō nō fit alia rō niſi q⁊ iuſſ⁹ ꝓ adcūda hereditate nō fuerat p̄ſi ꝓp̄ furorē. ⁊ p̄cōſeq̄ns nec⁊ illud q̄ō ſequit ex dicta additiōe. attamē hz illa additio ſit factū coherēs pſone filij remanet cū

95 filio. eo q⁹ nō ē cōmunicabile ꝓ p̄fem. ¶Nono facit. certū ē q⁹ ſi p̄ ſtipulat filio caſtrēſia vl̄ q̄ſi caſtrēſia filio ea integra acq̄rit: q⁊ fili⁹ eſt capax talis peculii. eodē mō ſi ſtipulat ad uēticia acq̄rit filio ſola ꝓprietas ⁊ p̄ſi ſolus vſusfruct⁹. ⁊ ē rō. q⁊ fili⁹ hodie ē capax talis ꝓprietatis in talib⁹ aduēticijs. vt l. l. j. C. de boni. mſ. ergo eodē mō videt q⁹ q̄ſi p̄ ſtipulat filio factū coherēs eidē filio q⁹ acquirit filio cū ſit capax talis facti. vt. d. §. hij q̄ ſunt.

96 ¶Decimo facit ter. in. d. l. q⁹ dicit. hoc mō illā inducēdo. nā in p̄ncipio dicit. q⁹ ſi p̄ ſtipulat filio p̄inde ē ac ſi fili⁹ ſtipularet p̄ſi et ſic acquirit p̄ſi. Dicit vlteri⁹ ter. q⁹ illō ē verū q̄ſi p̄ ſtipulat⁹ ē ius. ſec⁹ ſi ſtipulat⁹ ē factū. nā vult dicere ter. in p̄ma parte. q⁹ p̄ ſtipulādo filio ius. fili⁹ acq̄rit ficte p̄ſi. ſz in ſecūda parte q̄ſi p̄ ſtipulat filio factū ſuū non dicit nec⁊ vere nec⁊ ficte ſtipulat⁹ p̄ſi imo ſibi. ſz ſic ē q⁹ ſi fili⁹ ſtipulat ſibi factū acq̄rit ſibi illō. vt l. d. §. ſed cū factū. ergo eodēmō q̄ſi p̄ ſtipulat filio tale factū illud ſibi nō acq̄rit imo filio. Nec⁊ obſtat ter. in. d. l. q⁹ dicit. vbi dicit ter. q⁹ talis ſtipulatio. ſ. q̄ſi p̄ ſtipulatur filio factū eſt inutilis: q⁊ illud ē verū quo ad ipſum p̄fem: nō tū quo ad ip̄m filiū. q⁹ p⁊: q⁊ prima pars illi⁹ legis ē regula. ſeda ē limitatio. Et limitatio ē ō regula. vt trabit gl. in. l. j. ff. ō re. iu. ⁊ in regula dicitur q⁹ pater ſtipulādo filio acq̄rit ſibi in limitatione. dicitur cōtrariū. ⁊ ſic vult dicere q⁹ q̄ſi p̄ ſtipulat factum filio nō acquirit ſibi. ⁊ ſic eſt inutilis ſtipulatio quo ad patrem non tamen quo ad filium. cccc vno modo quo poteſt reſpōderi dicta. l. q⁹ dicitur. Alio modo reſpondebitur eidem legi vt videbimus deo dante in reſpōſione contrariorum.

Limitatio ē de regula.

97 ¶Undecimo facit ter. noſter hoc modo inductus hic dicitur q⁹ fictio operatur acquiſitionem de filio erga patrem. vt patet in verbo dicitur. ⁊ hoc dicit in diſtincte ⁊ generaliter: ergo eodēmodo fictio dz opari acquiſitionē de p̄ſe erga filiū p̄ iſtum ter. iūcto ter. in. d. l. diſs. q̄ fictio eſt in hoc q⁹ p̄ſe ſtipulāte fili⁹ fingit ſtipulari ⁊ hoc generalit. ⁊ eodē mō dico q⁹ iſta ſtipulatio q̄ſi p̄ ſtipulat filio factū coherens filio ē vtilis quo ad p̄ſem. quod ꝓbo ſequētib⁹ fundamētis. ⁊ p̄mo hoc mō quotiēs quis ſtipulat alteri ēt extraneo ſi intereſt ſtipulantis q⁹ deductū in ſtipulatione adimpleatur datur actio ſtipulāti. text. eſt in. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de verbo. oblig. ſed ſic eſt q⁹ ſtipulatio de qua in preſentiarum eſt huiuſmodi: ergo ꝛc. ⁊ q⁹ in preſenti interſit patris ſtipulātis patet clare: quia aut ex iſto facto filio inherenti conſequitur cōmodū. vt quia debet filius ire per fundum vicini ad fundū patris. et tūc tale intereſſe eſt pecuniariū ⁊ ſic attendendū. vt in. l. fideiuſſoris. cū ſua glo. ff. de pactis. aut non ſequitur tale commodum dico adhuc q⁹ patris intereſſet ratione affectionis quam pater habet erga filium q⁹ intereſſe etiam affectionis attenditur. vt in. l. cū ſeruus. ff. mādati. ⁊ in. l. j. C. ſi ſerv⁹. extero. ⁊ in. l. emptione. ff. de mino. ⁊ notat ¶Paul. de caſt. in. l. quodcunq⁹. §. ſi ita quis. ff. de verbo. obligatio.

98

¶Additio. ¶De hoc intereſſe affectionis quid operet vide Jaſ. l. l. j. nu. vj. co. ij. vſ. capio gl. ff. ō litē iur. ¶Sā thale. de crema. l. l. ij. co. lxxij. C. ō reſc. vēdi. Andre. alcia. in trac. de preſumptio. regu. j. preſump. xx. diffuſe in ſuo tract. de eo q⁹ intereſt. in. §. hec legis verba. nu. xxxix. belle ꝓ Tiraquell. l trac. retractū. fo. vij. col. j. verſi. Nam primo. nu. xxxiij. Didacus ¶Perez.

¶Si ergo in caſu in quo aliquis ſtipulatur extraneo ſi interſit ſtipulantis valet ſtipulatio quo ad acquirendam actionem ſtipulāti vt. d. §. ſi ſtipuler. a fortiori quando filio ſuo ſtipulatur. ¶Secundo facit pro hoc: q⁊ clarum eſt q⁹ quando filius ſtipulatur factū coherens perſone ſue tūc patri acquirit actio: licet filio acquirat deductum i ſtipulatione. vt eſt textus cum glo. quam ita intelligūt doctores in dicto. §. ſed cum factum. ſed ſic eſt

q⁹ vox patris ſtipulantis eſt vox filij. ⁊ ſic patre ſtipulāte fingitur filius ſtipulari. quo caſu certū eſt filiū acquirere patri actionē: ergo pater ſibi illā acquirit. ⁊ pro hac ratione fundāda poteſt adduci ter. noſter vbi in acq̄ſitione p̄ſi faciendā trā operatur actus ver⁹. ideſt ſi filius ſtipularetur p̄ſi exiſtenti in ciuitate quantū operaretur factū. vt ſi filius ſtipulatur patri exiſtenti penes hoſtes. ergo eodē modo in caſu noſtre cōcluſionis. operetur tātū act⁹ fictus. i. quādo ſtipulatur filio vbi filius videtur ſtipulari patri ⁊ ſic q⁹ acquiratur patri actio. vt acquireretur ſi ſtipularetur filius vere. vt dicto. §. ſed cū factum.

99 ¶Tertio facit pro hoc dictus. §. ſed cū factum. alio ⁊ ſubtili modo inductus iūcto ter. in dicto. §. hij qui ſunt. verſi. ſed videt mihi. dicitur enim in dicto. §. ſed cum factū. q⁹ quādo filius ſtipulatur factum omnimodo perſona ſtipulantis continentur ergo ſi pater ſtipulatur filio omnimodo perſona patris ſtipulantis continetur. Nec⁊ obſtat ter. in dict. §. ſed cum factum. vbi dicitur q⁹ iſtud q⁹ dicimus q⁹ omnimodo perſona ſtipulantis continebitur. debet intelligi. i. ſtipulanti ſoli acquiritur factum cum ergo in preſenti non poteſt patri ſtipulanti acquiri factum: quia dicimus id acquiri filio videtur q⁹ dicta verba omnimodo perſona ſtipulantis continebitur non poſſunt bene conuenire patri ſed filio. nam ad hoc dico. q⁹ licet dicta verba nō conueniat ſupradicto modo patri. i. q⁹ eidē non acquiritur factum quia acquiritur filio conueniunt eo modo quo poſſunt conuenire ſecundum qualitatē perſone ſtipulantis. vt dict. §. hij qui ſunt. ver. ſed modo videtur. vbi ſi ſeruus ſtipulatur ſibi habere licere iſta ſtipulatio cōtinet ius de ſui ſignificato ataмen ſecundū qualitatem perſone cui adiungitur. i. ſerui qui nō eſt capax iuris non continet ius. continet tamen factum cuius eſt capax ſeruus. ⁊ ſic quia non potuit vno modo valere. i. vt acquiratur valuit. Alio modo vt acquirat factum ſic in preſenti cum pater ſtipulatur filio factū in hac ſtipulatione duo continentur. ¶Unum ſcilicet factum ⁊ iſtō non acquirit patri cuius non eſt ipſe capax eo q⁹ verba ſtipulationis retulit ad filiū ⁊ cōtinet actionem cuius eſt capax: ⁊ propterea acquiritur ſibi ⁊ quo ad eam actionē ſecundum qualitatem perſone acquiritur ſtipulatio patri. Concludo igitur ⁊ dico. q⁹ quemad modū quando filius ſtipulatur ſibi ire agere licere filio acquiritur id quod deductū eſt in ſtipulatione id eſt factum. ⁊ patri ⁊ non filio acquiritur actio ita eodem modo quādo pater ſtipulatur filio tale factum filio acquiritur quod deductum eſt in ſtipulatione ideſt factum ⁊ patri acquiritur actio ad cōpellendum promiſſorem vt permittat filio ire agere licere. ⁊ ſic iſta ſtipulatio eſt vtilis. tam reſpectu patris quo ad actionem ſibi querēdā q̄ reſpectu filij quo ad factum ſibi querendum. Reſponſiones ad contraria q̄ſ dicta facilia ex ſupradictis colligi poſſunt.

¶Sequens concluſio debuit poni in repetitione. §. cū filie. l. coheredi. ff. de vulga. ſupra. vt ibi annotabimus.

100 Secunda concluſio

¶Diſpoſitionem patris vnū de filijs ſuis in quinta parte bonorum meliorantis. ⁊ eandem partem penes ſuos heredes remanere volētis vltra quartā gradū ip̄ius teſtatoris ſicēdētiū ſemp extendi cuidēter ōmōſtrabit.

¶Et pro intellectu huius prime concluſionis preſuppono aliqua que ſunt neceſſaria. ⁊ primo q⁹ ſi aliqua bona alicui relinquo ⁊ diſpono q⁹ dicta bona ērent penes aliquos q⁹ tacite video⁹ eos prohibere ne dicta bona niſi inter ſe alienent. ter. eſt nota. in. l. ſi pupillorum. vbi hoc ſentit Bald. ſecundū ¶Dy. ibi. ff. de rebus eorum.

101 ¶Secundo eſt premittē dum q⁹ preceptum teſtatoris de non alienando nudū a cauſa ⁊ a perſona nihil valet ter. eſt in. l. filiusfamilias. in. §. diui. ff. de lega. j. ⁊ in. l. pater filium. §. Julianus agrippa. ⁊ in. l. Lutius. ff. de lega. iij. ⁊ notatur. in. l. quotiens. C. de fideicom.

¶Additio. ¶Pro declaratione iſti⁹ dicti ad de Alerā. qui plura ad id allegat in. l. filiusfamilias. §. diui. colū. viij. verſi poſtremo hic Bartho. ⁊ Bal. nume. xxix. ff. de lega. j. Salicet. in. l. quoties. C. de fideicom. nume. iij. ⁊ idem Salicet. in. l. generaliter. nume. vij. vbi idem dicit eſſe in ſtipulatione ſine cauſa q⁹ ſit inutilida. C. non nume. p⁊t. et ¶Perū de vnzola. in practica notariatus. tit. l. de prohibi. alienatione a teſtatore. nume. ij. fol. cc. viij. in. xij. volumi. tractatuū. Bertachi. in libro ō epiſcopis. in. iiij. parte. quartilibri. num. clviij. Guido papa. in tracta. de litteris compulſoriis. q. iij. et Rolandin. in tractatu dicto formule capitulorum in teſtamentis. de alienationib⁹ a teſtatore facta prohibitione tit. xxix. in ordine. et ibi in Rubri. xix. poſſuit formam alienatiōis prohibite a teſtatore. et etiam ad id de quo per Autorem hic ⁊ paulo ante diximus per

Universidad de Salamanca. BGH

optimas remissiones: adde Tiraquell. in tra
cta. retractuum. charta. viij. col. i. verſi. ſed. ꝛ
Lex regni. Jaſo. nume. xxxix. optimus ter. de iure regio
ꝛ ibi bonā glo. in. l. xliiij. titu. v. parti. v. incipien. en ſu teſtamento. Didacus Perez.

Conſilio ſequi nulli⁹ tenetur. ¶ Et huius eſt ratio: quia tale preceptū nu
dum cenſetur potius conſiliū quod nemo ſe
qui tenetur. vt in. l. ij. §. fina. ff. mandati. et in
hijs terminis eſt tex. in. l. cum pater. in. §. mā
do. ff. de lega. ij. ꝛ in. l. quintus. circa finē. ff.
de annu. lega. ꝛ in. l. ticio. c. in principio. ff. de
conditio. ꝛ demonſtratio. nam videbatur cō
trarium: imo q tale preceptū teſtatoris alie
nare prohibentis etiam ſine cauſa valeat p̄
ceptum teſtatoris eſt lex. ꝛ pro lege debet ſer
uari. vulgatus. §. diſponat. in autben. de nu
ptijs. colla. iiij. cum vulgaribus. Sed licet di
ſpoſitio teſtatoris ſit lex ꝛ pro lege debeat ſer
uari tamen inhibendo alienari vbi non ap
paret: cauſa non eſt lex neq; eſt ſeruanda p̄
lege. Ratio quia iſta prohibitio nō continet
vtilitatem alterius niſi prohibiti. ꝛ ideo pro
hoc obligatio naſci nō poteſt. vnde eſſet ſine
cauſa interdicere heredi q poſtq̄ factus eſt
dominus bonorum non poſſit ea alienare q̄
lex reputat pro abſurdo cum in re ſua quiſ
libet ſit moderator ꝛ arbit. l. in re mādata. C.
māda. ꝛ L. nemo exterus. C. de iude. in abuſtē
do. l. ſed ꝛ ſi lege. §. cōſulunt. ff. de petitio. her.

¶Addit⁹. ¶ Adde Jaſon. in. l. qui Rome. nu
me. xxxvj. ff. de ver
bo. obliga. ꝛ in. l. filiusfamilias. §. diui. nume.
ix. ff. de lega. j. ꝛ in. l. j. C. qui teſtament. face.
poſſ. ꝛ in. l. polla. C. de his quibus vt indign.
Caſſa. in conſuetudi. burgund. Rubric. i. §.
viij. nu. ij. charta. lxxxj. col. j. Bomeſſi. in. §.
quedam. numer. xvij. inſti. de actionibus.
Didacus Perez.

¶ Et ideo lex non vult q̄ iſta prohibitio te
ſtatoris valeat quando continet aliquid ab
ſurdum. vt in dictis iuribus. Et circa hoc eſt
ſciendum q̄ duo ſunt que faciunt prohibitio
nem teſtatoris de non alienando non eſſe nu
dam ſcilicet cauſa ꝛ perſona cuius contēpla
tione teſtator prohibuit. de primo. i. de cauſa
ponamus exemplum ſi teſtator dixit. nolo ta
lem fundū alienari: quia fuit mihi donatus
ab imperatore. vel quia fuit anteceſſorū meo
rum. ꝛ in hoc cōſiſtit iuſta affectio. vt in. l. in
agris. ff. de acquiren. re. domi. ꝛ in. l. vnica. ſi
liber. impe. ſocius ſine herede. deceſ. libro. x.
102 ꝛ in. l. ſi in emptionē. ff. de mino. ¶ Hinc ori
ta fuit ratio legis condende que loquitur.
(Del tanto por tāto.) vbi habetur q̄ ſi res
patrimonii vel abolengi alicuius fuerit alie
nata poteſt ab extraneo propinquior extra
bere (tanto por tanto.) vt habetur foro le
Lex regni. gū. libro. iij. tit. Las vēdidas ꝛ declas cōpras.
l. xij. que incipit. Todo ome.

¶Addit⁹. ¶ Et eſt etiam. l.
vj. cum ſequenti. ti
tu. viij. lib. v. ordin.
Lex regni. ꝛ l. lxx. Tauri. ꝛ ad intellectum harū legum
vide congeſta a Caſſan. in conſuetud. Bur
gundi. Rubri. x. §. ix. nume. j. cum pluribus
ſubiectis. charta. cccxl. ꝛ Tiraquell. in tract.
retractuum. vbi ponit ellegantiſſimas que
ſtiones ꝛ quottidianas ꝛ in ſpecie ibi in prin
cipio tracta. fol. i. col. i. citat premēmorata. l.
ordinamenti. vj. Didacus Perez.

¶ Hinc venit ratio decidendi ad legē q̄ eſt. 103 Adde. l. xx
v. part. titu. v. l. lv. que diſponit q̄ ſocius ha iij. Tau. i
bens rem cōmunem cū alio pro indiuiſo non idem dici
poteſt partem ſuā alij extraneo vendere niſi
ſocio propter affectionem quā ſocius ad par
tē rei habet. ꝛ ſi fuerit alienata poteſt (tanto
por tanto) alius ſocius eam ab extraneo ex
trahere ſecundū q̄ hodie illam legem practi
cant aduocati. licet alius ſit eius intellectus
vt als pluries viri. Hinc etiam inſurgit deci
ſio tituli ō in litem iuran. vbi ratione affectio
nis defertur iuramentum in litē. vt late ꝛ no
ta. trabitur ſecundū Jaſo. in rubrica. ff. de in
litem iuran. De ſecundo ſcilicet de perſona
ponit exemplum quando apparent perſone
ad quas voluit teſtator bona prohibita alie
nari deuenire pura filij ꝛ poſteriores. vt in di
cto. §. diui. ¶ Tertio premitto q̄ licet teſta 104
tor relinquens rem in teſtamento poſſit pro
hibere cum cauſa vt illa non alienetur per
iura ſuperius allegata. tamen iſta prohibitio
non habet locum in legittimo filio relicta et
prohibito eam alienare cum in preiudicium
creditorum. ꝛ quaſi tale preceptum etiā cum
cauſa non valeat hoc probat tex. in dicto. §.
diui. vbi hoc ponderat dominus Jaſon. ꝛ ſic
cū filius ſit quaſi creditor in legittima p̄ter.
in. l. ſi quis legatum. in fine. ff. de falſis. vbi
Bar. no. q̄ legittima filij cēſetur eſſe es alie
num. l. Papinianus. §. ſi quis impube. ff. de
inoffi. teſtamento. Bal. in. l. ij. in fine. C. de li
be. prete. ꝛ erbere. ꝛ in. l. quāq̄. C. ad legē fal
cidiam. ꝛ Alexand. in. l. ſi debitor. ff. ad legē
falcidiam. non valeat prohibitio in eius filij
preiudicium reſpectu legittime cum talis p̄
hibitio vt viri reſpectu quaſi creditoris non
valeat. ꝛ per hoc induxi concordiam de qua

ſupra in corpore repetitionis. circa idem de
quo Alex. ſibi ipſi cōtradicebat vbi videas.
105 ¶ Quarto premitto aliud q̄ ex proxime di
ctis infertur. q̄ ſi filium meū in tertio melio
raſſem eumq̄ prohibuiſſem ne dictū tertiū
alienaſſet niſi in deſcendentes teſtatoris ſci
licet nepotes ꝛ de inceps. quia cum tale ter
tiū ſit legittima illius qui in eo eſt meliorat⁹
non patitur tale grauamen per ea que ſupra dicta fuerunt in tertio euidentiali.

¶Addit⁹. ¶ Huiuſce modi preceptum et gra
uamen inter deſcē
dentes factum hodie valet in. l. xxvij. Tau
ri. quam vi. Didacus Perez.

¶ Quod ego crederem ꝛ limitarem verum
quādo filius ſic melioratus. in tertio fuit gra
uatus vt in caſu quo voluiſſet alienare dictū
tertium deliberet illud alienare in extraneos
vel in deſcendētes quibus non debetur dicta
legittima. vt eſt in nepotibus viuis patribus
ſuis filijs teſtatoris: quia tales deſcendentes
non ſunt capaces dicti tertij per. l. final. que
dicit. q̄ illi poſſunt meliorari qui habent ius
ſuccedendi melioranti. ꝛ ſic dictū grauamē
impoſitum filio ſcilicet vt alienet in dictos
nepotes ꝛ ſimiles valuiſſet eſſet dare caſum
q̄ per indirectum deueniſſet dictum tertium
in illas perſonas quibus de iure non poterat
106 deuenire in preiudicium filiorum. ¶ Neq̄
obſtat q̄ poſſet dici poſito caſu q̄ dictū ter
tiū deueniſſet in nepotes ō quibus ſupra nul
lum cōmodum conſequebantur ex teſtamen
to prohibētis tertiū alienari niſi in eos ex eo
q̄ illud haberet iuſto precio. ꝛ ex titulo one
roſo. ꝛ ſic nullam conſequitur vtilitatē quia
ad hoc poteſt reſponderi q̄ etiam hoc caſu
conſequerentur vtilitatem. vt trabitur in. l.
ꝛ ſi equo. ff. de lega. j. ꝛ in. l. ſi cum fundus. de
lega. ij. ſin autem filius ſic in tertio meliorat⁹
fuit iuſſus a patre in caſu quo tertium voluiſ
ſet alienare: illud alienaret in fratres ſuos vl
in nepotes patribus ſuis mortuis ꝛ ſic in il
los quibus de neceſſitate debetur legittima
ꝛ qui talis tertij ſunt capaces. Dico q̄ tale
preceptum ꝛ prohibitio. ſcilicet ne in extra
neos alienetur dictum tertiū. bene valet cū
licet filius in tertio melioratus ſit in hoc gra
uatus vt in extraneis non alienet ꝛ grauamē
reiicitur de legittima ꝛ ſic de tertio melio
rationis. hoc eſſet verum quando dictū gra
uamen reſpiceret cōmodum ꝛ vtilitatem ali
cuius extranei reſpectu cuius filius nō dici
tur honoratus ideo eius reſpectu cuius fili⁹
non dicitur honoratus ꝛ ideo eius reſpectū
non poteſt grauari per dictam. l. ab eo. de fi
deicom. ſecus tamen eſt quando tale grauā
men reſpiceret cōmodum ꝛ vtilitatem alio
rum fratrum vel illorum quibus ſimiliter de
betur legittima. vt patet in hoc caſu quando
filius alienaturus iuſſus eſt a patre meliorā
te vt in fratres alienet: quia cum hoc caſu fi
lius qui melioratus eſt ſit honoratus reſpe
ctu aliorum fratrum. nimirū q̄ ſimiliter eō
rum reſpectu in hoc grauetur. ſcilicet vt ca
ſu quo voluerit alienare in fratres ſuos ſo
lū vel in illos quibus debetur legittima alie
net premarime per ea que ſupra dixi in p̄nc.

¶ Ex quo infert q̄ quādo fili⁹ eſt in quin 107
to melioratus pōt teſtator ei imponere gra
uamen vt non ſolum illud alienet fratribus
ſuis vel illis quibus de neceſſitate debetur le
gittima. verum etiam vt dicto caſu alienans
alienet omnibus deſcendētibus teſtatoris. nā
cum tale quintū non ſit legittima. ꝛ ſic poſ
ſit relinqui cuicūq̄ teſtator voluerit. vt pa
tet in dicta. l. ix. titu. delas mandas. ibi dum Lex regni.
dicit (Sin el quinto ſobre dicho que puede
mandar por ſu alma o en otra parte do qui
ſiere ꝛ no a ellos.) Et ſi tale quintum ſit fi
lio relictum videtur filius honoratus reſpe
ctu quorumcūq̄ extraneorum. ꝛ ſic omnium
deſcendentiū quibus legittima non debetur
ergo eorum reſpectu poteſt filius in quinto
melioratus in hoc grauari vt cuicūq̄ ō deſcē
dentibus teſtatoris alienet ꝛ non extrancis.

¶ Dijs ſic premiſſis venio primo ad decla 108
rationem concluſionis ꝛ in ea ſic ponitur in Declaratio
tellectus. cū ego habuiſſem tres ſorte filios concluſiōis
eos heredes inſtitui. ꝛ vnū ſcilicet Antoniū premiſſe.
in quinta parte meorum bonorū meliorani
ꝛ mandani q̄ illa pars quinta remaneret pe
nes heredes meos. ꝛ tacite videor ꝓhibere ne
heredes mei quintā partē alienēt cōtingit q̄
illa pars non eſt alienata per filiū neq̄ p ne
potē: neq̄ per pronepotē: neq̄ per abnepo
tē. ꝛ ſic nullus de primo neq̄ de ſecūdo neq̄
tertio vel quarto gradu alienauit dictā quin
tam partem bonorū in extreneos. Ille vero
qui eſt in quinto gradu cōnumerando a filio
melioratō. ꝛ ſic a perſona ꝓhibita vult alie
nare in extraneum eſt dubium an poſſit ꝛ di
cit hec concluſio q̄ non imo omnes heredes
ſemper. ꝛ ſic in infinitum ꝓhibiti ſunt extra
heredes ꝛ deſcendentes teſtatoris prohiben
tis alienare. Incontrarium tamen videtur
imo q̄ perſona vltra quartū gradū exiſtēs.
non ſit prohibita alienare in quem voluerit

Universidad de Salamanca. BGH

109 quod patet sequẽtib⁹ fundamẽtis. ¶ Primo quia quando testator prohibet filiũ alienare rem sibi a patre relictam non est visus testator prohibere nepotes.ter.est cum gl.in auth.ō restitu.fideicō.ꝛ ibi gl.ꝛ Ang. colla. ir.idem tenet Bar.Bald. Jmol. ꝛ Alexā. ꝛ Jaso.in dicto.§.diui.Bal.in.l.lucius. in. §.i.ff.de lega.iij.Cy.Bal.ꝛ Salice.in.l.voluntas.C.de fideicom.Bald. in.l.lutius.in prin.ff.de lib.ꝛ posth. ꝛ in.l.quisquis.C.ad legem Juliam maie.sic igitur videtur in presenti: quia cum pater meliorans prohibet filium alienare quintam partem bonorum in qua filium meliorauit ꝙ solũ filiũ videatur prohibere ꝛ nō nepotes. ꝛ per cōsequēs neq; vlteriores. ¶ Secundo facit quia prohibi-
110 tio alienationis est odiosa ꝙ patet quia odio In re pro- sum est prohibere alienationem rei sue cum pria. quilibet in re sua sit moderator ꝛ arbiter.l.in re mãdata.C.mãda.ꝛ.l.nemo extorus.C. de iude. ꝛ per consequens est dicta prohibitio restringẽda ad primũ secundũ tertiũ vel quartum gradum:non autem ad vlteriorem gradum extendenda vt in regul. odia. de regu. iuris.in.vj.ꝛ in.l.cum quidam.ff.de lib. ꝛ posthu. ¶ Tertio facit qr iste filius sic in quin-
111 to melioratus ꝛ iussus a testatore non alienare.quintum extra familiam videtur vsufructuarius qui proprietatem non potest alienare.vt in.§.finitur.institu. ō vsufructu. sed sic est ꝙ quando fit mentio de vsufructuario et eius heredibus intelligitur de primo herede ꝛ nō ō vlteriori.vt in.l.antiquitas.C. de vsufruct.ergo sic dicamus in casu nr̃e conclusionis.ꝙ cũ iste sit vsufructuari⁹ ꝙ ipe et suus
112 prim⁹ heres sit tãtũmodo ꝓhibit⁹ ꝛ nō vlteriores in gradu. ¶ Quarto facit ter.l.c.nō
113 ō3.de cōsan.ꝛ assi.vbi dicit ter. ꝙ ꝓhibiti cō trahere ratione affinitatis sunt tñ ꝓhibiti vsq; ad quartũ gradũ. ꝛ sic ꝓhibitio nō extẽditur vltra quartũ gradũ.sic igit̃ videtur in presenti ꝙ ꝓhibitio facta a testatore filio nō extẽdatur vltra quartũ gradũ cōnumerando a ꝑsona ꝓhibita. ¶ Quinto facit gl.ꝛq ibi notãt doctores in.c.postremo. de appellatio.vbi habet ꝙ iudex delegat⁹ qui fuerit impetrat⁹ a consanguineo intra quartũ gradũ poterit iuste ab aduersa parte recusari ecce qualiter prohibitus propter suspitionem iudicare.videtur ꝓhiberi vsq; ad quartũ gradum. ¶ Sexto facit ter.in auth. de restitu. fideicom.in.§.j.ver.codicillum.iunctis superioribus.colla.ir.vbi dicit tertus ꝙ prohibitio testatoris prohibẽtis alienari extra familiã imperpetuũ eo ꝙ vult rẽ remanere in familia nõ extẽditur illa prohibitio vltra quartum gradum post personam primo prohibitam.ꝛ ad hoc illum ter.ponderat ibi Ange. hoc idẽ tenet.d.Alex.in.d.§.diui.ꝛ Jas.qui dictum ter.reddit ad hoc singulare.ecce ter. facientem contra nostram cõclusionem in ex presso per quẽ probatur.ꝙ prohibitus alienare extra heredes testatoris. licet imperpetuũ talis prohibitio nõ extendit vltra quartum gradum persone prohibite a testatore.
¶ Sed predictis fundamentis non obstantibus in cõtrariũ est veritas:primo ꝙ cũ testator ꝓhibuit dictũ q̃ntũ alienari ex eo ꝙ voluit illõ penes suos heredes remanere talis prohibitio extẽdatur vltra quartum gradũ in infinitũ quod probatur sequẽtibus fundamentis. ¶ Primo quia cum isti filius me- 114
liorat⁹ sit heres patris in sua legittima ꝛ testator pater eũ in quinto meliorando prohibuit eũ alienari ex eo ꝙ voluit dictũ quintũ penes heredes suos remanere dicta prohibitio facta heredi extẽdetur in infinitum sit ꝙ cõprehẽdat omnes qui ō cetero sint heredes testatoris vel saltẽ descẽdẽtes testatoris.ter. est in.l.sciendũ.ff.de verbo.significati. ꝛ.l.in annalibus.C.de lega.in.l.ex facto.in.§.fina. cum ibi notatis.ff.ad Trebellia. ꝛ plene per Bart.in.l.gallus.§.idem si parente.ff.de liber.ꝛ posth. ꝛ per Bal.in.l.fina:C.de here. insti.ꝛ in.l.antiquitas.C.de vsufru. ꝛ per canonistas in.c.in ꝓsentia.de probatio.

¶Adde. ¶ Philip.dec.in cõsi. 357.nu.j.ꝛ cõ.386.nu.6. ꝛ cõ.cccl.xxvij.col.iij.nu. vj.Hippol.in sing.cccxiiij.ꝛ in sing.cccclxv. Gomesi. in.§. item si quis in fraudẽ. nu.x. insti.de actio. Fabian.a monte in trac.de emptione ꝛ vẽdi.in.iiij.q.principa.nu.xxxij. in j.volumine tractatuũ. plura diffusse expẽdit ad ꝓpositũ pulchra certe ꝛ singularia. Tiraquell.in tract.retractuũ.chart.cccxlij.col. ij.§.ergo non solum venditor.in.glo.vj.maxime in nu.xx.eiusdem glo.char.cccxlv. cum plurib⁹ sequẽti. vbi plura iura l hoc allegat. vt ibi lz videre ne charta: occupẽt. Di.pe.
¶ Secũdo facit qr quãdo alicui ꝓmittit̃ aliquid facere videt etiã ꝓmitti heredibus suis. ter. est not.in.l.sicut.in.§.si debitor. ꝛ ibi glo. ff.quib⁹ mo.pig.vel hypothe. solui. ꝛ per cõ sequens dicta permissio erit extendenda ad omnes heredes cum heres heredis testatoris sit heres.vt in.l.fi.C.de here.insti.etiam si sit heres per infinitos modos. De quo est ter.

nota.in.ꝛ.primo.in princi.de homici.libr.vj. vbi papa se appellat successorem petri. tamẽ fuerunt infiniti medij.ita etiam tenet Jaso. in dicta.l.fin.in.ij.colu.ita etiam dicamus in presenti ꝙ idem sit de probibitione cum cõtrariorum eadem sit disciplina.l.j.ff. de his qui sunt sui vel alie.iuris.et institu. de tuto. in pnc.ꝛ ter.in.l. ¶ Põnit⁹.§.sed ꝛ his.ff.de acquiren.posse. ¶ Pro quo facit illud Bald. in.l.fin.in penul.col.C.de fideicom.vbi tenet ꝙ si ex forma statuti duo testes sufficiunt ad
115 condendum testamentum. similiter sufficiũt ad reuocandum testamentum. ¶ Pro quo facit gl. singularis in.l. cum proponebatur. ff.de lega.ij.que dicit ꝙ quot testes requirũtur ad condendum testamentum requiruntur ad probandum eius errorem.

¶Additio. ¶ Idẽ tenet Dominus Author in repeti.l. quemadmodum.versic. et isto etiam tertu.num.xcj. ff.de acquirend. possessio. Bald. in.l.fin.C. de fideicommiss.col.iiij.num.xxiiij. Caleane. in consi.xci.nu.viij. Hieron.gigan.in trac. de pensionibus.q.xlv.col.j.nu.j.quẽ videas. Everard. in locis legalibus.c.xlv. Dec. in. l.qui cũ alio.nu.viij.ff.de reg.iu.ꝛ Jaso.in.l. quomin⁹.col.pe.nu.clxxviij.ff.de flumini. ꝛ in.l.more.ff.de acqui.here. Jo.lup.in aurea rep. Rubri.de dona.inter vi.ꝛ vxor.§.lxviij. colu.ij. et Ludouicũ gomesi.in.§.omnium. nu.xxvij.insti.de actio. vbi affatim satis late probatur.statutum loquẽs in cõtractib⁹ ob-
Lex regni. tinere locũ indistractib⁹.ꝛ est famosa lex nostri regni.lv.in curijs Tauri. in libro pragmaticarũ chart.ccxiiij.col.ij. Idẽ etiã probat congestis a Hippol. in pratica causa. crimi.§.restat. versi.nam eadem solemnitas.
Solẽnitas nu.vj. ¶ Notãdũ tñ est ꝙ solemnitas testa- testamẽti p menti probatur per duos testes.licet septem batur duo- erigantur in eius cõpositione.glo. in.l.cõpab⁹ testib⁹. rationes.sup vbo.duob⁹.C.ō fide instru.bona.gl.in.c. De⁹ ops.§.qui aũt.vbo.iudiciis. ij.q.j.glo.in.l.ij.C.de bono.posse. fm tabul. vbi Alexan.ꝛ Jaso. (an hoc sit verum.)ꝛ que citat Cassane.in consuetudinibus Burgund. Rubri.vij.§.v.in part.ter. par son te-
Et amissio stamẽt.nu.ij. ¶ Idem de amissione seu per testamenti. ditione que potest probari per duos testes.vt post alios probat Cisontanus.in.l. iij. Tauri.q.xj.versic.vnum tamen est.vbi vide. Didacus Perez Salmantinus.
116 ¶ Tertio facit quia conditiones que debẽt
Cõditiões adimpleri in specifica forma.l.qui heredi.in princi.ꝛ.l.mevius.ff.de conditio.ꝛ demõstratio. si concipiantur in herede debent impleri in herede heredis. ter. est nota. in.l.cum ita datum.§.fina.ff.de condi. ꝛ demõstratio. in. l. si peculiũ.§. heredi. ꝛ in.l. si statu libera.§. non solũ.ꝛ.§.si filius. ꝛ in.l.seruus si heredi. in princi.ff.de statu libe.

¶Additio. ¶ Cy conditio debet impleri in forma specifica. Addde Jas.in.l.gallus.§.ꝛ quid si tñ.nu.xiij.ff. de lib.ꝛ posth.ꝛ melius explicat in.l.si quis filium.§.in omni.col.ij.num.ix.ff.de acquirẽ. heredi.Gomesi.in.§.item si quis in fraudẽ. col.xvij.nume.xxxviij.insti. de actio. Cassa. in cõsue.Burg. Rubri.iiij.§.ij.nu.ix. char. cxxxij.colu.iij. Tiraquell.in trac.retractuũ. chart.clv.nu.xiij. Idẽo ꝙ non impletur per casum fictum.vt.l. Julianus.la picola.ff.de conditio.ꝛ demõstra. ¶ Philip.dec.in consil. ccxlij. in summario dubiorum. num.vij.lib. iiij.col.viij.illius consilij. Didacus Perez.
¶ Quarto facit:quia dũ testator voluit dic- 117
tum quintũ remanere penes heredes suos visus est sentire de descendentibus quod patet:quia istam probibitionem visus est velle facere propter affectiones quam ad descẽdentes habẽt tales ascendentes.l. nã ꝛ si parentibus.in princ.ff.de inoffi. testamen. ꝛ in.l.scripto.in fine.ff.vnde liber. ꝛ sic in infinitum in intelligantur ascendentes.d.l.sciendum.ꝛ sic probibendo testator dictam rem alienare eo ꝙ voluit penes suos heredes remanere ꝛ penes suos descẽdẽtes visus est imperpetuũ probibere.ꝛ sic vltra quartum gradum.

¶Additio. ¶ Adde Hieronymum. cagnolum. in repetitio.l.si emãcipati nume.cxxv.C. de collat. Andre. Tiraquell. in tracta.retractum.chart.cxxvij.numer.li. cum sequenti.l.heredis appellatione. et ibi. Alciat.ff.de verbo.signifi. ¶ Et est hic notand⁹ ter.in.l.peto.§.fratre iuncta glossa. in
Notabile dictum. in vbo. familia.ff.de leg.ii.vbi si res quepiã sit prohibita alienari extra familiã.si alienata fuerit, poterunt etiam hi qui post alienationem concepti sunt. ꝛ nati eam reuocare. etiam si ceteri omnes. qui erant eius familie tempore alienationis cõsenserunt. ꝛ hoc per plura probat Tiraquell. que non referre licet.cum per eum possint videri.in tracta.retractuũ.chart.lxv.col.j.versi.Quãcũ ꝛ adueri⁹ hec.nu.lxxxvj.vbi inqt. id esse notãdũ. ꝛ vigito ligãdũ.qr quottidianũ. Dida. Pe.

Universidad de Salamanca. BGH

¶ Quinto facit quia ista prohibitio alienationis fuit indifinite facta a testatore dicente velle quintum remanere penes suos heredes. ⁊ sic equipollet vniuersali prohibitioni vulgata. l. ſi pluribus. ff. de lega. ij.

¶ Additio. ¶ Indifinita nō equipollet vniuersali semp vt est videre per Abb. ⁊ eius additio. in. c. audit is. col. iiij. nu. xvj. de presc. vbi fallit in dicto testis. ⁊ sic in probatione Dec. in consil. ccxxi. col. iiij. versi ⁊ non obstat. nu. ir. libr. ij. idem que dixerat in consi. c. col. iiii. nu. vij. libr. i. et in cōsi. cxlvj. nu. xiij. eo. lib. ¶ Idem ipse cōcludit non equipollere vniuersali indifinita in materia odiosa. l. ij. ff. de lib. ⁊ post. (scilz) in cōsi. cccxliij. col. iii. in prin. ⁊ cōsi. ccccxxv. col. vlti. nu. xxij. lib. iij. sed cum hic in hac cōclusione autoris hec. l. q non sit odiosa ista prohibitio. ⁊ sit eadem ratio indifinita equipollere vniuersali nō est dubiū. ⁊ quia vt ad versari conclusioni autoris dic vt per eū infra nu. cxxi. v. que nō vf. Didacus Perez.

¶ Sed sic est q quando testator prohibuit vniuersaliter dicendo q voluit istud quintū remanere perpetuo penes descendētes suos. talis ꝓhibitio extēditur vltra quartū gradū. ⁊ deinceps in infinitū ꝓpter nomē: q nomē descendentium extenditur in infinitum. vt supra dictum est. ¶ Secto pro hoc facit dictū Bar. in. l. Lucius. in. §. Sempronie. ff. de lega. iij. vbi post Jacobum de belui. voluit q si testator dixit prohibeo heredi ne alienet. vt fuit in casu nostre conclusionis. vbi pater meliorat us in quinto filium vnum heredē prohibuit heredem suū dictum quintum alienare q tunc potrigitur ad omnes successores. argu. l. Lucius. in prin. ⁊ l. si plures. ff. de lega. iij. ⁊ ter. in auth. de resti. fideicō. §. j. coll. ir. idē voluit Sy. Bart. ⁊ imo. in. l. filiusfa. in. §. diui. ⁊ ibi. d. Aler. ⁊ Jaso. ff. de lega. j. ⁊ Ludo. roma. in. l. si quis filiusfamilias. §. fi. ff. de acqui. here. ¶ Et tenendo hanc conclusionē pro vera. restat nūc respondere ad argumenta pro parte cōtraria adducta. ⁊ primo ad primū. vbi fuit dictum. q quando testator prohibuit filium alienare nō est visus prohibere nepotes quia ad hoc potest vno de duobus modis responderi. Primo quia illud est verum nisi testator prohibens cōtra ctū sensisset ita tenet glo. in dicto. §. nos igitur. vt fuit in nostro casu. vbi testator visus fuit intelligere ō omnibus heredib⁹ in infinitū. vt supra probatū est. Secundo modo respondeo: quia apellatione filiorū non continentur nepotes nisi ex quadam interpretatione. l. iusta. ff. de verbo. signifi. l. q si nepotes. ff. de testamen. tute. ¶ Que non videt procedere in odiosis. l. cum quedam. ff. de lipe. ⁊ posth. ⁊ odiosum videt interdicere alienationem rei sue. dicta. l. in re mandata.

¶ Additio. ¶ Nomine enim filiorum q non veniūt nepotes) quādo non tractatur de ipsorum cōmodo ⁊ fauore. prout est in substitutione fideicommissaria que dicitur onus consuluit Dec. ad id ibi alios referrens in consi. ccxviij. in casu ad me transmisso. col. iiii. versicu. vltimo predicta concluſio. lib. ij. ⁊ in consi. xcv. lib. i. ⁊ pro tenui facultate. col. iij. ⁊ optime per Ferdin. loazes. in repet. l. filiusfamilias. §. diui. char. xviij. col. iiij. versi. ir. querit Bar. ff. de leg. j. vbi istā opinionem dixit communem. ⁊ per plura probat. ⁊ ibi Rip. in nume. cvij. Didacus Perez Salmantinus.

¶ Sed in casu nostre conclusionis non fuit prohibitus filius melioratus alienare dictū quintū. sed heredes ꝓhibētis ⁊ appellatione heredis cōprehēdit heres heredis ex ꝓpria significatione. vt in. l. heredis appellatione. ⁊ ibi glo. ff. de verb. significa. ⁊ Bal. in. l. ſi. in. rr. questione. ff. de heredi. instī. ¶ Per supradicta videtur non obstare. quod dictum fuit in secundo fundamēto. scilicet q cum dicta prohibitio sit odiosa non est extēdenda: in nostro casu non venit ex extensione: imo ex ꝓpria significatione. ¶ Non obstat sextū fundamentū dicte. l. cū antiquitas. C. de vsuctu. vbi appellatiōe heredis nō venit nisi primus heres ⁊ non vlteriox: quia ibi nominatio heredis fuit facta circa rē que de sui natura ad heredes nō est trāsmissibilis vt est vsus fructus. vt in. §. finali. instītu. de vsufructu. ⁊ in. l. corruptionem. C. eodem titulo. ⁊ propterea dictio heredes relata ad id quod de sui natura ad heredem non trasit primum tantum heredem comprehendit. sed si de sui natura est ad heredem translatoria. vt est in nostro casu. vbi filius melioratus in dicto quinto est ꝓprietarius cuius natura est ad heredes transmissibilis tunc comprehendit omnes successores in infinitum. vt dicta lege finanali. C. de heredi. instītu. et in dicta lege sciendum. ¶ Non obstat quartum fundamentum dict. c. non debet. de consan. ⁊ affini. vbi prohibitio coniugij non extenditur vltra quartū gradum consanguinitatis vel affinitatis. quia ad hoc respondetur quia talis prohibitio vltra quartum gradum non poterat tollerari absq grani dispendio. vnde dicit Hostien. in dicto. c. non debet. quem refert ibi Prepositꝰ quod dispēdium esset quia multi remanerent impediti putantes subesse impedimentum: neq habentes super hoc probationem propter breuem vitam hominis. ¶ Per predicta patet non obstare illud quod dicitur in vltimo fundamento de dicto. c. postremo. cum sua glo. vbi consanguineus vltra quartum gradum non recusatur neq iudicare impeditur: quia vltra illum quartum gradum presumit ius cessare effectum qui est causa recusationis. ⁊ sic cessante causa. ꝛc. q secus est in nostro casu. vbi pater testator voluit dictam prohibitionem in omnibus descendentibus habere locum.

¶ Adde. ¶ In cōtrarium huius conclusionis hic addute a auto. ccx. in authē. de resti. fideicommiſſ. §. nos igitur. colla. ir. quem dixit sing. Barth. Soci. in tracta. fallenti. in regul. cclxxiiij. pater licet alienationem. fallenti. ij. ⁊ notabi. Alexand. in additioni. ad Barth. in. l pronunciatio. §. familie. ff. de verbo. signifi. litera. F. ⁊ singula. et nota. Jaso. in. l. fina. col. ij. nume. v. C. de bere. instī. vbi dicitur q licet heres prohibeatur alienare fundum vt in familiam remaneat perpetuo dicta tamen prohibitio non extenditur ad quartum gradū seu ad quartā generationē post testatorem. ita q lapso quarto gradu potest fieri alienatio. ⁊ hoc bene notandum inquit Jaso. vbi supra quia prima fronte quilibet diriſſet contrarium ex quo testator dicit q volebat perpetuo. et Suarez in rep. l. quoniam in prioribus. in. ij. limitatione. num xvlij. fol. lxx. C. de inoffi. testam. vbi vid. ¶ Contrarium imo q quādo testator adiecit q ideo prohibuit filios alienare quia voluit dicta bona perpetuo permanere apud filios descendentes quod talis prohibitio non solum vltra quartum gradum sed etiam in infinitum ad omnes descendentes extendat firmat post alios plures vbi videas. Ferdi. loazes. in. l. filius familii. §. diui. num. ccccxciij. de leg. j.

¶ Reliqua prosequut⁹ est idem dominus doctor in voce legendo in ordinariis lectionibus. in cuius labiis inueniebatur multa doctrina iurta verbum Salomo. prouerbi. x. inquientis in labiis sapiētis. inuenitur sapientia. vt etiam occultatius perpēdi potest ex suis scriptis ex quib⁹ possumus dicere illud ecclesiasti. c. ij. Danti mihi sapientiam. dabo laudē. et vt ibi dicit gloriam. quā proprie loquendo pro tanto bono cōdonatam sibi a domino non est dubitandum. quoniā speranit in domino et nomen eius cognouit faciendo recta et reipublice necessaria vt omnibus suis cōtemporancis fuit et est nūc viuētibus notū. Didac⁹ Perez. V. J. P.

¶ Finis omnium decem repetitionum.

Universidad de Salamanca. BGH

Tractat⁹ de bonis lucratis cõstãte

¶Incipit subtilis ⁊ copiosus tractatus

de bonis lucratis constante matrimonio inter maritum ⁊ vxorem. quem idem subtilissimus Didacus a Segura doctor cesareus composuit. dum esset in inclita ciuitate Salmanticensi sancte inquisitionis iudex bonorum. hoc est procurator cesaris. coram quo bona fisco que erant applicanda ratione hereſis ab aliquo commisse declarabantur. quem composuit ratione defendende opinionem quam in iudicando fuit sequutus. ¶Cum semper declarauerit medietatem lucrorum tangentem vxorem ei manere saluam. cuius maritus delictum hereſis comisisset. Que opinio tunc multis sapientibus videbatur iuri contraria. Et ideo opportuit eum loqui ⁊ scribere de hoc copiose vt rederet rationem coram iudicibus superioribus bonorum ⁊ inquisitionis. in quo tractantur ⁊ examinantur multa copiose ⁊ eleganter. que in ꝓtica regni erunt necessaria. cum amplissimis Additionibus. Summariis nec non Numeris a Didaco Perez vtriusq; iuris professore Salmantino nouissime illustratus.

¶Summaria.

1 ¶Questa matrimonio constante inter conuinges. quo ad mediã partem propter delictum mariti non confiscabuntur sed vxori applicabũtur. ⁊ hec est series istius tractatus vsq; ad finem.

¶Suo iure sine ꝓpria culpa quis non est priuandus.

¶Portans res licitas ⁊ illicitas amittit omnes. ⁊ infra nume. 82. ⁊. 83.

2 ¶Donatio inter maritũ ⁊ vxorem morte confirmatur. ⁊ etiam iuramento firmatur.

¶Societas est inter maritum ⁊ vxorem cõstante matrimonio.

3 ¶Donatio a marito facta vxori ante commissum delictum valet.

4 ¶Debita contracta inter coniuges constãte matrimonio de cõmuni sunt soluenda.

6 ¶Bona cõfiscata loco eris alieni habẽtur.

7 ¶Commune debet esse infortunium inter coniuges.

8 ¶.C. vbi ad hoc. C. de iure doti. declaratur.

9 ¶Ex delicto vnius socii an alii qui delictũ non commiserunt teneantur ad penam dupli vel quadrupli.

10 ¶Damnum pati aliud est ꝙ lucrum non sentire.

11 ¶Venditionis verbum omnem alienationem comprehendit.

12 ¶Heretici bona ipso iure confiscantur.

13 ¶Vxor debet manere penes vxorem ignorantem ⁊ non participantem cum marito in crimine hereſis.

¶Dictio solus est exclusiua.

14 ¶Argumentum a contrario est validum.

15 ¶Argu. a contrario est mens cõiecturata legis.

17 ¶Perdita a socio eius culpa in suam partem imputari debent ⁊ non alterius socij. et numero. 18. et. 19.

¶Crudus est crimen. 19

¶Scholares non debent se ludis immiscere. ⁊ plura in materia ludi remissiue.

¶Notarij ⁊ procuratores sunt excoriatores pauperum.

¶Donare est perdere. 21

¶Mulier est creditrix mariti ideoq; agere potest contra fiscum. 23

¶Fiscus habet priuilegium q̃ possit totã rem communem efficaciter vendere tenetur tamen partem precij soluere socio. ⁊ numer. 24. ⁊ nu. 46. 59. et. 60.

¶Communi re destructa ob delictũ socij. agit socius contra socium ꝓ recuperatione sue partis. ⁊ nu. 26. 25

¶Societas tacita que est inter cõiuges nõ est minus priuilegiata q̃ expressa. 27

¶Socius renuncians calide ⁊ in tempestiue societati tenetur cõmunicare lucra alteri socio. de quo in nu. 30. ⁊. 31. 28

¶Casus in quibus veniant bona fisco applicanda plures describuntur remissiue. 29

¶Dolus est delictum. 30

¶Res ꝓprias ꝓius quis curare presumitur quam alienas. 31

¶Societas canina est a iure reprobata.

¶Lucrata constante matrimonio ante cõmissum delictum hereſis vel post vsq; ad sententiam declaratoriam delicti veniunt dividenda inter coniugem alterum ⁊ fiscum. ⁊ numero. 33. 32

¶Donatio est quedam mera liberalitas. 33

¶Donatio remuneratoria nõ est ꝓprie donatio sed debiti solutio. 34

¶Que requirantur ad hoc vt donatio dici possit remuneratoria.

¶In donatione remuneratoria an sit locus retractui.

¶Donatio remuneratoria non indiget insinuatione.

35 ¶Lucrum legis nõ amittitur ob delictum alterius.

36 ¶Societas dicitur leonina ⁊ non valet quando vnus sociorum potest lucrari et nihil perdere.

37 ¶Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.

38 ¶Qui fecit delictũ ipse ⁊ penã habere debet.

39 ¶Pena legis non debet transcendere personas delinquentium.

40 ¶Sine ꝓpria culpa nisi subsit causa quis non est puniendus.

41 ¶Vnusquisq; portabit penam iniquitatis sue. ⁊ nume. 42. 43.

¶Dictio nihil. est vniuersale negatiuum.

43 ¶Ob facinus commissum a marito mulier nequaq̃ fore puniendam.

44 ¶Mulier sicut est domina rerum dotalium. eodem modo est de quesitis constante matrimonio.

46 ¶Fiscus quamuis in totum rem communem vendere possit. tamen tenetur requirere socium si vellit dare tantum quãtum alij ⁊ debet preferri.

48 ¶Ver potius presumit q̃ quis lucrabitur q̃ ꝙ perdat lucratum.

49 ¶Socius alicuius negociationis potest vẽdere rem non solum quo ad suam partem. sed etiam q̃tum ad partem socii. et valet vẽditio dum modo sit absq; fraude.

50 ¶Dos est patrimonium filie in locumq; legittime ei subrrogatur.

51 ¶Dos constante matrimonio est in dominio mariti. ⁊ nume. 52. vsq; ad. 57.

54 ¶Duo insolidum eiusdem rei domini esse non possunt.

58 ¶Socius inuito socio non potest partem socii alienare. quid vero in marito?

¶Maritus preiudicium inferre non potest vxori in iure quesito.

61 ¶Legalis dispositio claudicare non debet.

62 ¶Una determinatio respiciens plura determinabilia piformiter dz ea determinare.

63 ¶Correlatiuorum eadem est dispositio in vno que in reliquo.

64 ¶Verificans duo extrema facit vtrũq; eodem iure censeri.

66 ¶Equalitati leges fauent.

¶Mulier dicitur ꝓprie domina de quesitis maritus autem improprie.

67 ¶Quod habeo cum alio est meum licet in communi. quamuis improprie.

¶Qui emit aliquid nomine proprio illõ est ementis: iudicio tamẽ societatis cogitur rem communicare. bonus casus in lege si quis sotietatem. ff. pro soci. melior iuris secundum Jason. in lege si socius. numer. 2. ff. pro soc. Joan. lupum. de pala. rubi. in repetiti. Rubric. de donatio. inter virum et vxorem. §. 69. numer. 11. ⁊ nume. 12. vbi de hac re subtili vide.

¶Lucra constante matrimonio debentur vxori ex legis dispositione non ex dispositione mariti. et in numero. 73. et nu. 86. et. 87. 68

¶In vltimis voluntatibus transfertur dominium sine traditiõe ex ministerio heredis addeuntis. 69

¶Verbum habere relatum ad personam capacem denotat dominium. ad incapacem vero dominij capacem tamen detentationis denotat solum detentationem. ⁊ num. 71. 70

¶Fieri q̃ potest per pactum seu hominem nem. ⁊ per legem fieri potest. 71

¶In casibus in quibus valet donatio inter coniuges transfertur dominium rei donate in donatarium. ⁊ nume. 73. 72

¶Hereditas que venit alicui ab intestato ex lege prouenire dicitur. ⁊ nume. 74. 73

¶Questa constante matrimonio presumuntur mariti: ⁊ quali modo sit hoc intelligendum. in nume. 76. 75

¶Bona que proueniunt vxori constante matrimonio statim ꝓ dimidia etiam eo durante eidem vxori sunt quesita. 77

¶Quecunq; dictio. quid comprehendat. 78

¶Exceptio in suo esse regulam firmare intelligitur.

¶Solus. est dictio exclusiua non expressorum. 79

¶Judicandum in dubio contra fiscũ. quo modo q̃ sit intelligendum ibi per optimas remissiones colligitur. 80

¶Priuilegia fisci remissiue.

¶Ver non puto. ff. de iure fisc. singulariter limitatur. ⁊ in nume. 82. 81

¶Donatio idem, est q̃ dotis datio. 85

¶Lucra que proueniunt viro ex legis dispositione. ex tantibus filijs siue non ex tantibus. per transitum ad secundas nuptias non tenetur reseruare filijs prioris matrimonij quo ad proprietatem nec quo ad vsum fructum. quia ista lucra non consequitur ab vxore sed a lege Idem est hodie in vxore. l. 14. et. l. 15. Tauri. et vi. nume. 87. 86

¶Si pater capit emphiteosim ꝓ se et filijs commisso delicto per quem bona pa- 88

Universidad de Salamanca. BGH

tris sunt confiscanda. non confiscabitur emphiteosis quia a domino rei videtur recipere ⁊ non a patre.

89 ¶ Emphiteosis quando est remansura pennes filios vel descendentes publicatis bonis patris. vel nõ. vel eo casu in quo filij. sunt exheredati. vel instituti sed repudiarunt hereditatem patris an possint venire ad emphiteosim. remissiue.

91 ¶ Frustra legis auxilium inuocat qui committit in legem.

92 ¶ Heresis crimen quo ad thorum potest coniugium separare.
¶ Coniugium aliud legittimum et non ratum aliud ratum ⁊ non legittimũ. aliud est legittimum ⁊ non ratum: explicatur etiam in nume. 94. vsq; ad. 97.

96 ¶ Hereticus baptizatus matrimoniũ contrahere non potest. tamen si contraxerit valet tale matrimonium.

97 ¶ Fiscus est successor propter delictum.
¶ Statutũ in dote vera. ⁊ matrimonio vera an habeat locum in matrimonio putatiuo ⁊ dote putatiua.

98 ¶ Dos putatiua est inalienabilis sicut dotalicium.

99 ¶ Donatio inter coniuges putatiuos non firmatur morte donantis.

100 ¶ Successio ab intestato nõ habet locum inter coniuges putatiuos.

102 ¶ Socius alterius socij tacite videtur constitutus procurator.

103 ¶ Ex separatis non bene infertur.

104 ¶ Dicta doctorum ⁊ glossarum iuxta earũ allegationum sunt intelligenda.
¶ Glossa vbi est textus. non est in consideratione.

105 ¶ Ratio cõformis legi debet dari a glossa. etiam si decisio seu eius pratica esset decisio pape.

106 ¶ Mandatum ad illicita non extenditur.

107 ¶ Mulier consentiendo heresi mariti mandando vel ratum habendo lucra sed etiam dotem amittit.
¶ Donare est perdere. Ideoq; procurator cum libera quantuncunq; sit dictum q; faciat de illis rebus prout de re propria nihil ominus donare non poterit. Idem est de

108 ¶ Marito in lucris licet habeat liberam in eis disponendi facultatem.

109 ¶ Dos potest repeti si maritus vergit ad inopiam etiam ex infortunio ⁊ non culpa.

110 ¶ Furtum commissum absq; scientia ⁊ approbatione socii per alium socium committenti furtum imputandum est in sua parte. si tamen de communi consensu peccauerunt communis erit ⁊ pena delicti.

111 ¶ Verba legis. 20ꝫ. stili. et. l. 4. titul. 4. libro. 5. ordinam. reciptantur. ⁊ pluribus responsionibus exornantur vsq; ad finem tractatus.

112 ¶ Extra delictum est. q; fit lege permittẽte.

113 ¶ Argumentum a contrario sensu valet.
¶ Lex. statutum. vel iuramentum non debent prestare occasionem delinquendi. et numer. 114.

¶ Non valet statutum sed consuetudo disponens quod filijs spurtis aliquid puta quarta quinta vel alia pars hereditatis relinqui possit. in dicto nume. 113.

115 ¶ Casus omissus manet sub dispositione iuris communis.

116 ¶ Ignorantia in dubio presumitur.

¶ Lex exorbitans a iure communi non extenditur ad similia.

118 ¶ Quod lex non alterat nec a nobis stare prohibetur. ⁊ nu. 120. ⁊. 121.

122 ¶ Legum correctio per subauditiones ⁊ tacitos intellectus non debet induci.

¶ Legum correctio est vitanda. ⁊ num. 131.

123 ¶ Forme legis deseruiendum.

125 ¶ Statutum specialiter in vno casu regulariter eius contrarium censetur statutum.

126 ¶ Dispositio ad cogitata tantum extenditur.

127 ¶ Nostrum non est sed legis latoris extendere legem.

129 ¶ Lex q; non dicit nec nos.

132 ¶ Lex non habet locum nisi secundum casus ⁊ terminos in. l. comprehensos.

133 ¶ Standum est in dubio verbis legis expressis ⁊ non sub intellectis.

135 ¶ Alienatio est genus. ⁊ infra. nume. 138.

¶ Similia sunt quorum qualitas est vna.

136 ¶ Factum non presumitur nisi quattenus fuerit probatum.

139 ¶ Si in lege ponitur verbum ratione frequentioris vsus bene fit extensio ex idemptitate rationis.

140 ¶ Dispositionem non inducunt exempla.

141 ¶ Mens legis ⁊ eius ratio potius attenenda est q; verba ipsius legis.

142 ¶ Omnis res per quascunq; causas nascitur ex eisdem dissoluitur.

143 ¶ Intellectus. l. stili. 20ꝫ. ⁊ num. 144. vsq; ad nume. fina. huius tractatus.

148 ¶ Lex declarans non extenditur ad casum non comprehensum sub lege declarata.

¶ Qui nõ competunt verba legis nec eius dispositio.

149 ¶ Pariformiter succedit obligatio ex delicto sicut oritur ex contractu.

150 ¶ Qui donat perdit. ⁊ nu. 151.

151 ¶ De donatione nõ est soluenda gabella. quia non est proprie contractus. nisi esset simulata.
¶ Alienationis nomen non comprehendit proprie donationem.

152 ¶ Statutum faciens mentionem de cõtractu non habet locum instipulatione que non est vltro citroq; obligatoria. cuius denominetur large contractus.

153 ¶ Regula non facit ius sed ex iure summitur regula.

155 ¶ Dato vno inconuenienti plura sequũtur.
¶ Inconuenientia describuntur. que sequerentur si maritus nõ posset bona lucrata cõstante matrimonio libere alienare prout est dispositum ex nostra regia constitutione stili ⁊ ordinamenti. ⁊ nu. 156.

157 ¶ Ad ea que raro accidunt iura non adaptantur.

158 ¶ Lucrum presumitur ex industria vnius cuiusq; fallit in muliere coniugata.

160 ¶ Illicita acquisitio non est communicabilis inter socios.

162 ¶ Qui dat causam vt eius bona confiscentur dicitur vti male substantia sua.

163 ¶ In re propria quilibet disponere potest etiam abutendo.

164 ¶ Peculium filij non confiscatur ob eius delictum. ⁊ nu. 165.
¶ Ex verbantiorem dispositionem legis fore cõ hominis.

166 ¶ Lex penalis dicitur q; imponit priuationẽ alicuius rei vel iuris. ideoq; non habet locum nisi fit expressa.

167 ¶ Argumentum a simili validum. ⁊ desiderat equitatem.

168 ¶ Prodigus quis dicatur.

169 ¶ Prodigus manifestus dicitur quis committẽdo delictum per quod omnia bona sua perdat.
¶ Vna via prohibitũ alia non concedẽdũ.

170 ¶ Interdicto iudicis particularis non requiritur in administratore bonorum alicuius tertij. ⁊ nu. 171.

172 ¶ Contractus ad sanum ⁊ bonum intellectum debet intelligi.

173 ¶ Dolus est delictum. ⁊ nu. 185.
¶ Alimenta quis amittit propter dolum.
¶ Statutum imponens penam mortis pro homicidio procedit in occidente dolose.

174 ¶ Argumentum a sufficienti partium enumeratione valet.

175 ¶ Contractus consistit in facto. et numer. 191. et. 192.

176 ¶ Animus declaratur ex actu extrinseco. ⁊ nume. 180.

177 ¶ Pena suos debet habere autores.

178 ¶ Non est presumẽdum in casu dubio quẽ esse in malicia ⁊ dolo.

179 ¶ Verba debent aliquid operari.

181 ¶ Separatorum separata debet esse ratio.

182 ¶ Dolus interueniẽs re ipsa interdicit ad ministrationem bonorum alterius.
¶ Limitata causa limitatum producit effectum. ⁊ nume. 184.

183 ¶ Stilus quid sit. ⁊ quid consuetudo.
¶ Consuetudo contraria iuris est stricti iuris. ⁊ an sit extensibilis ad casus similes.

187 ¶ Propter crimen heresis incontinenti bona trãsferuntur ad fiscum.

188 ¶ Deus est agnitor cordium.

189 ¶ Damnum veniens ex violentia descẽdere iudicatur ex malicia ⁊ maleficio. ita damnum etiam proueniens ex quadam clandestininate.
¶ Dissimulans omittere veritatem est puniendus quemadmodum dicens falsum.

190 ¶ Dolum apertum ⁊ clandestinum equalance puniendum.

193 ¶ Dictio si. est conditionalis.
¶ Lex conditionalis non sortitur effectum nisi conditione ad impleta.

194 ¶ Hereticus viuus punitur pena ignis.
¶ Heretici sunt intestabiles nec habent filios sub potestate.

195 ¶ Cõditio ad implenda in forma specifica.
¶ Conditio bona fide ad implenda et non mala.

196 ¶ Conditio nõ impleta impedit ortum naturalis ⁊ ciuilis obligationis.
¶ Conditio habet vim cause finalis.
¶ Cessãte causa legis finali cessare debet dispositio ipsius.

199 ¶ Ingenus bodie nullus. fit seruꝰ ex supplicio.

201 ¶ Prolixitas vitanda est.

202 ¶ Constitutio corrigens exidemptitate rationis ipsius legis noue corrigentis non sumitur argumentum. vt corrigatur alius casus quam expressus in ipsa lege noua corrigente.
¶ Correctio vnius casus arguit confirmationem in alijs.

Universidad de Salamanca. BGH

¶ Ver addens in casu addito ꝺ corrigere.

203 ¶ Intellectus repugnans rationi naturali omnino expellendus.

204 ¶ Dominium est de iure naturali.

206 ¶ Locupletari cum alterius iniuria non debet aliquis.

207 ¶ Uxor tenetur operari viro ⁊ acquisita sunt communia quia est socia viri. ⁊ numer. 208. et. 209.

210 ¶ Et operibus artificialibus uxor an teneatur inuita querere viro.

¶ Presumitur quis magis curare res proprias quam alienas.

¶ Charitas est dilectio qua deus et proximus diligitur.

211 ¶ Nobilis presumitur donare. ⁊. nu. 47.

¶ Militum priuilegia remissiue ibi annotantur.

Nobilium quattuor sunt mores laudabiles ⁊ quattuor vituperabiles. ⁊ nobilitas quare fuit in institura. ibi remissiue.

¶ Fiscus est successor vniuersalis heretici.

212 ¶ Bona dicuntur ea que supersunt deductis debitis.

¶ Fiscus tenetur ad debita heretici.

¶ Hereticus non potest trãsferre dominiũ post commissum crimen heresis personaliter tamen obligatur. vt in nume. 213.

215 ¶ Obligationis initium inspicitur ad hoc vt aliquis teneatur ad aliquid prosequendũ vel lucrum percipiendum.

217 ¶ Respondere nõ dicitur qui incerte ⁊ obscure loquitur.

219 ¶ Elenditio est alienatio voluntaria. et nomine venditionis venit voluntaria non tamen necessaria.

220 ¶ Alienatio confiscationis est necessaria et nume. 221.

221 ¶ Successor singularis si est voluntarius non tenetur estare colono. secus quando est necessarius. ⁊ in nume. 228.

222 ¶ Verbum potest. quot sint eius significata vsq; ad nume. 228.

223 ¶ Impossibilium nulla datur obligatio.

229 ¶ Vitius agitur cum dispositione legis ꝯ cum dispositione hominis.

231 ¶ Non dicitur habere voluntatem qui cõmittit crimẽ lese magestatis. de quo nu. 238.

232 ¶ Peccare posse non est potentie sed impotentie. et nume. 234.

¶ Furtum est prohibitum ⁊ viginti duo casus in quibus fur euitat mortem remissiue.

¶ Furti actio non datur inter coniuges.

233 ¶ Fraudans gabellam aliam ve impositionem iustam peccat. et an teneatur ad restitutionem.

¶ Qui facit contra legis preceptum peccat mortaliter.

234 ¶ Fugiens a carcere peccat.

235 ¶ Argumẽtum de persona ad rem valet.

¶ Delinquens potius dicitur re carere ꝙ eam alienare.

236 ¶ Uxor ꝓpter heresis crimẽ amittit dotẽ

237 ¶ Prodigus delinquendo. sed non contrabendo obligatur etiam cum iuramento.

239 ¶ Argu. a simili quo modo procedat ⁊ nume. 240. vsq; ad nume. 242.

242 ¶ Priuilegium est contra ius commune.

¶ Uxor delinquendo amittit bona.

243 ¶ Acquisita ab vxore questa presumuntur et bonis mariti.

¶ Argumentum a contrario quando habeat locum. ⁊ in nume. 244.

244 ¶ Argumentum a contrario non procedit eo casu quo si sumeretur statuentes incidерent in penam.

¶ Dictio taxatiua non excludit casus similes.

¶ Dictio solus an semper sit exclusiua.

246 ¶ Diuinatoria responsio non congruit in ris consulto ideoq; fugienda. quia est refugium miserorum.

247 ¶ Pitbagoricum dictum notandissimum.

248 ¶ Regalis sapientia cum timore domini. non permittit hominẽ in paupertate viuere nec in anxietate mori.

249 ¶ Finis vbiq; spectandus est. ⁊ ad eum omnia dirigenda.

Casus sup quo dubitatur.

Casus de quo dubitatur ẽ iste. durãte matrimonio inter virum ⁊ vxorẽ acquisita et lucrata fuerunt multa bona tã mobilia quã inmobilia iura ⁊ actiões. cõtingit aũt ꝙ marit⁹ ꝑdictus eodẽ matrimonio durãte vel ante cõmisit delictum hereticę prauitatis ⁊ apostasie qua re bona eius fuerunt ipso facto cõfiscata fisco ⁊ camere catholicorum hispaniarum regũ ⁊ dominorũ nostrorũ. nisi ergo ex hoc themate resultat dubitatio an vxor predicta debeat in isto casu gaudere bonis durãte matrimonio superlucratis pro sua medietate an vero sua pars confiscatur cũ parte

mariti. hoc est an declarato ꝑdicto marito heretico fiscus debeat habere bona predicti mariti. ⁊ cum his omnia que fuerunt multiplicata durãte matrimonio ⁊ vxori sit reddenda tantum sua dos. an vero cũ fiscus occupet bona mariti ⁊ medietatẽ superlucratorum cõstante matrimonio. reliqua medietas cum sua dote sit vxori applicanda.

¶ Additio.

¶ Adde Alexan. thor. in rep. l. si ex legati causa. nu. xvj. ff. de verbo. obliga. et Joa. lup. in rep. rubri. ꝺ bona. int vi. ⁊ vxo. §. xvj. nu. xviij. ⁊ in l. xvj. Tauri. nu. x. vbi probant vxorem ex delicto mariti priuandã non esse suis bonis et medietate bonorũ acquisitorũ cõstante matrimonio. et Bundisaluus de Villadiego. in tracta. contra hereticã prauita. q. xv. Joã. lup. in tracta. de institia et iure obtẽti. ac retẽtionis regni nauarre. in. v. part. §. v. Lassane. in cõsu. Burg. fol. xcvj. col. j. nu. iij. et fol. xcvij. col. ij. Hippoli. in singul. cccxvj. et in sing. ccccv. ¶ Et hoc consonũ iure esse ꝓbatur q; cum mulier non fuit in culpa non debet priuari. argu. ext. in. c. fina. de eo qui cogno. cõsangui. vxo. sue. et in. c. discretionẽ. eod. titu. c. satis peruersum. lvj. distin. ter. iuncta. glo. in verb. nisi graui. in. c. inuentũ. xvj. q. vij. c. conquerente. de rest. spolia. c. cognoscentes. ⁊ ibi. glo. de consti.

Vxor.

Pena.

¶ Et pena non debet esse vbi non est delictũ. l. si tutor pupilli. et ibi Paul. de castro. num. iij. ff. de lega. j. et facit illud Deutero. xxiiij. vnus quisq; pro peccato suo morietur. ⁊ numero. xxvij. ⁊. iij. lib. paralipo. c. xxij. ⁊. iiij. regum. c. xiiij. et id ꝙ not. Joan. lup. in dicto tracta. de iusti. et iure. in. v. part. §. vj.

Deutero. xxiiij. Num. xxvij ij. Paralipo. xxij. iij. Regũ. xiij.

¶ Et ꝓ hac cõclusione facit. l. iij. titu. viij. lib. viij. ordi. in versi. (ꝙ estos bienes.) et in expresso hodie est. l. lxxvij. in curiis Thauri. Didacus Perez. Salmantinus.

Ley ordinamenti. Ley Thau.

¶ Redemptoris nostri matrisq; sue gloriose virginis Marie inuocato suffragio visis ⁊ presuppositis q̃ in themate narrant ⁊ in ꝑsentiarũ fit mẽtio veniẽs discutiue ad altercationẽ quesiti supra in summa reducti sub illo verborũ cõpendio dico videri prima cõsideratione pro parte fisci esse iudicandũ q̃ ꝓbo sequẽtib⁹ fundamẽtis. ¶ Et primo sic. nã lege cauet ꝙ qficũq; ofis alicuius nauis in eadẽ naui imposuerit merces illicitas ⁊ a iure ꝓhibitas exportari ⁊ illã nauim transduxerit ad hostes vel ad alia loca a iure vetita. ꝙ nõ solũ ea que sunt illicita merces veniunt cõfiscãda. verũ etiã ea que sunt licita haberi ⁊ retineri debent confiscari. i. ipsa nauis. tex. est notabilis in. l. cotemferro. §. si dominus. ff. de publican.

Pro parte fisci.

¶ Adde

¶ Bart. et eius additio. in. l. cotẽferro. §. si domin⁹. ff. de publica. Bald. in. l. cum proponas. nu. vj. C. de nautico feno. vbi ipse dicit ꝙ confiscata farina est cõfiscand⁹ sacus. ¶ Et adde de hoc optime per Franc. parmens. in tracta. de fisco ⁊ eius priuilegijs. in. iiij. part. nu. x. in. vj. volumine tractatuũ. ꝙ est optimũ ad. l. xxvj. ⁊ l. xxvij. titu. ix. lib. vj. ordi. ⁊ ad. l. cxxvij. in quaterno gabellarũ. et declarãtur etiam et notatis a Authore. infra. num. lxxxiij. cum sequenti. ⁊ optime per Dida. del castill. in. l. j. Tauri. fol. xviij. vers. adde de ista lege. et Philip. dec. i. l. si fugitiui. col. iij. nu. xlviij. C. de seruis fugiti. et melius ꝙ Frãc. a ripa. in tract. de peste. fol. xxiij. nu. lxxj. versi. vij. repertus. et in rep. l. quominus. ff. de flumi num. xx. quẽ rogo vt vi. in. d. tract. ⁊ Hippoli. sing. cccxcv. Didacus Perez.

Cõfiscatio.

¶ Sic ergo videtur dicendũ in presenti. ꝙ nõ solũ veniant confiscanda ea bona que respectu mariti erãt illicita retineri per ipsum maritũ respectu sui delicti. ꝫ etiã bona q̃ ad ipsam vxorẽ pertinebãt. ꝫ respectu vxoris licite retineri possent. dicit cum ipsa vxor tale delictũ nõ participauit neq; fuit conscia ipsius ⁊ hoc totũ ꝙ veniat cõfiscãdũ ratione cuiusdam vnionis quã bona maritalia habent cũ bonis ipius vxoris cũ omnia fuerũt obtenta durante matrimonio inter eos. quẽ admodũ dicimus de ipsa. naui q; respectu vnionis quã habebat cum mercib⁹ in ipsa inclusis eodem modo venit cum ipsis mercibus confiscanda. ¶ Secundo facit ꝓ ista parte negatiua: q; cum marit⁹ sua solicitudine industria ⁊ negociatione dicta bona durãte matrimonio lucret. ⁊ in illo lucro vxor sua dicat habere medietatẽ. ⁊ sic in dicta parte lucratiua obuenieti vxori ipsa vxor censetur habere a marito suo donationẽ cõstãte matrimonio. ⁊ ꝙ sit donatio cõiugalis quẽ als dicitur donatio inter virũ ⁊ vxorẽ facta. ꝙ ⁊ alia ratione patet ꝙ sit donatio inter virũ ⁊ vxorẽ facta cũ natura qualitatẽ ⁊ conditionẽ ipsius donatiõis coniugalis illa medietas vxori durãte matrimonio obuenies dicatur sequi ⁊ sortiri. nã quẽadmodũ donatio inter virũ ⁊ vxorẽ cõstante matrimonio facta. nõ dicitur sortiri effectũ ꝛpe quo fitiꝫ

Universidad de Salamanca. BGH

acquisitio ipsius speratur soluto mrimonio p mortẽ viri cuius morte tacite cõfirmat dicta donatio. vt in. l. donationes. C. de dona. inter virũ ⁊ vxo. ⁊ in. l. papinianus. ff. eo. ti.

Donatio inter virũ ⁊ vxorẽ regulariter firmat mortẽ

¶ Additio. ¶ Morte enĩ donatoris firmatur donatio inter conjuges. l. j. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊. c. donatio. ⁊ ibi late viri. extra. eod. tit. Ludoui. Lusitanus. l. l. si inter. ff. õ reb. dub. Joan. lup. in rep. rub. de dona. §. ix. fo. l. col. iij. ⁊ in. §. xxj. ⁊ in. §. xxvj. Suarez in allega. xx. fo. iij. pagina. j. ⁊ ibi plura singularia dicũt. ⁊ est. l. iiij. titu. xj. part. iiij. ⁊ adde Bartho.

Lex regni.

Nota.

soci. in tract. fallẽ. reg. ciij. donatio. ¶ Ibi dicit statim validam donationẽ quãdo cõiur iurat nõ revocare donationẽ factã conjugi. ⁊ asserit istã esse communẽ opinionem idemq; firmant Jaso. et Deci. in. l. pacta q̃ contra. C. de pact. Roman. consi. xliij. vsi. secunda ratio. Deci. consi. ccij. nu. j. ⁊ cõsi. ccxl. col. j. Corse. in tract. de iure iur. num. xlix. Bald. nouell. de vote. vj. part. pui. xxj. nu. xv. Baberi. in tracta. de virtute iura. nu. xxxviij. Joan. lup. in rep. Rubri. de dona. ac. §. li. nu. j. Boberi. aurea decisi. xcij. nu. vj. Diero. Cagnol. in rep. l. si. nu. xxxvj. C. de pact. Bomesi. in. §. quedam. nu. xix. de actio. Alcia. in. c. cum contingat. num. cciiij. de iureiur. Lassa. in cõsue. Burg. rubri. iiij. §. vlj. nu. j. fol. clxv. cuius cõtrarium teneat Guid. papa. in cons. ccxxxviij. col. ij. et male certe. vt ex predictis colligitur. ⁊ late confirmatur ex traditis a Ferdi. loazes. in rep. l. filiusfami. §. diui. num. xcv. versic. vltima posset. ff. de lega. j. Didac⁹ Perez.

¶ Sic etiã dicimus in dicta medietate borũ lucrorũ q̃ vxori dicit durante mrimonio obuenire in qua nullũ ius nullã potestatem neq; administrationẽ dominiũ neq; possessionẽ dicitur habere vxor ipsa eodem matrimonio durante. neq; illorum lucrorũ nõ potest fieri diuisio. neq; vxor habebit contra virum suum aliquã actionẽ p quã possit marit⁹ cõpelli neq; puocari ad diuisionẽ eorũ

3 lucror̃ durãte inter eos mrimonio. ¶ Cum vir ⁊ vxor sint socij. vt in. l. j. ff. õ ritu nupti. ⁊ in. l. aduersus. C. de eri. expi. heredi. ⁊ in. l. ex diuerso. §. idẽ proculus. ff. solu. matri.

¶ Adde. ¶ Ter. in. c. cũ societas. xxvij. q. ij. ⁊ in. c. ꝑterea. de spõsalib. c. ij. de dona. inter virũ. ⁊ vxo. l. cum hij stat⁹. §. inter virum. eo. titu. ff. l. alimẽta. §. fina. et ibi glos. ff. de alimen. ⁊ cibaria. lega. l. j. ff. rerum a mota. ⁊ plura remissiue congessi ad istum vo. Autorẽ in rep. l. iij. §. fi. nu. lxxvj. ff. de lib. ⁊ post. Joã. lup. in rep. Rub. de don. §. lxj. fo. xxxvj. per eundẽ in. libr. j. de gubernatio. regni. c. ij. vbi optime loquitur. ⁊ Cass. in consuetudin. Burg. Rub. iiij. §. ij. in vbo (Et ꝓtripãt) nume. l. ⁊ in. §. ir. in princi. nume. ix. versic. et pro supra dicta questione. vid. l. j. incipi. To

Lex regni.

da cosa. titu. iij. libro. iij. foro. ll. ⁊ l. j. ⁊ per totum titu. iiij. lib. iiij. ordin. Didacus Perez

¶ Et socius durante societate contra socium Societas.

non habet actionem pro socio. vt in. l. l. tandiu. C. pro socio. soluto tamen matrimonio morte ipsius viri dicitur habere ipa vxor dictã medietatẽ victorũ lucrorũ que venit sibi applicanda mortuo marito suo. ⁊ altera medietas illorum bonorum filijs communibus attribuetur vel ecõtra vxore premortua sua portio ⁊ pars que in dictis bonis habebat attribuetur filijs suis. altera medietas cum viro suo remanebit. ⁊ sic ista medietas lucri q̃ vxori attribuitur equiparatur alteri donationi que fit vxori per maritũ suũ constante matrimonio cum ipsius sequatur naturam. vt supra dictũ est. ¶ Sed sic est q̃ si marit⁹ 4

aliqua bona vxori sue donauit constãte matrimonio si hoc fecit anteq; cõmisisset dictũ capitale per quod sua bona veniũt cõfiscãda talis donatio morte sua ciuili seu naturali cõfirmatur. sed si talis donatio fiat post delictũ cõmissum. nõ cõfirmabitur per mortẽ mariti donantis imo venit talis donatio cum ceteris bonis maritalibus confiscanda. vt est tex. in. l. resq;. C. de dona. inter virũ ⁊ vxor. ⁊ in. l. si quis post hac. C. de bonis damna. ⁊ in. l. quisquis. C. ad legem Juliã. maiest. ⁊ in. l. cum hij status. §. si maritus. ff. de don. inter virum ⁊ vxor. ⁊ plene trahitur per Barth. ⁊ doctores. in. l. post contractũ. ff. de dona. Ergo sic debemus dicere in presenti. q̃ si anteq; maritus cõmisisset delictum heretice prauitatis aliqua bona durante matrimonio acquisiuit q̃ illorum talium bonorũ vxor bẽat medictatẽ post mortẽ ipsi⁹ mariti. sed si post commissum delictum heretice prauitatis talem facit maritus victorũ bonorũ acquisitionẽ. q̃ taliũ bonorũ post dictũ delictum acqstorũ nõ possit vxor aliquã partẽ habere. imo omnia bona supradicto modo obtẽta fisci virib⁹ veniũt ⁊ sint ipso iure cõfiscata ⁊ nõ q̃ dicam⁹ indistincte q̃ mõ sint acqsita ante delictũ mõ post dictũ cõmissũ semper vxor bẽat ⁊ possit cõsequi ꝓtẽ ⁊ medietatẽ victorũ lucrorũ,

5 ¶ Tertio facit: q̃ iura q̃ permittũt ⁊ cõcedũt q̃ lucra obtenta durante matrimonio diuidantur equaliter inter virũ ⁊ vxorẽ habent locũ cũ talia bona fuerũt obtẽta inter illas personas in quib⁹ de iure possit consistere matrimoniũ. ⁊ sic q̃ possint esse vir ⁊ vxor cum vbi possit esse vir ⁊ vxor ibi est matrimoniũ ⁊ vbi nõ possit esse vir ⁊ vxor nõ intelligitur matrimoniũ. vt in. l. si quis incesti. C. de incesti. nupti. ⁊ in. §. si aduersus. instit. de nupti. cum ergo inter tales psonas. l. virũ infidelẽ. ⁊ vxorẽ fidelẽ de iure matrimoniũ nõ possit cõsistere: imo de iure est omnimodo reprobatũ. vt in. l. ne quis. C. de iude. nõ habebũt locũ dicta iura loquẽtia de bonis durãte matrimonio obtẽtis cũ inter tales psonas nõ possit esse matrimoniũ. vt supra dictũ est. cũ in tali mrimonio non possit esse societas diuine ⁊ humane dom⁹. de qua loquunt dicta iura in. l. j. de ritu nup. cum

6 alijs supcrius allegatis. ¶ Quarto facit ꝓ

Nota.

hoc: q̃ vt supra dictum est. ⁊ est ipsa veritas inter virũ ⁊ vxorẽ est quedã societas. ⁊ nõ solũ humane sꝫ etiã diuine domus ⁊ quotiẽs durãte societate aliqua debita cõtrahunt illa sunt soluenda tã de parte tangẽte vnũ socium q̃ de tangente alterũ licet per vnum socium solũ ⁊ nõ p ambos illa debita sint cõtracta. vt in. l. omne. co. ti. in prin. ff. pro socio.

¶ Adde. ¶ Joan. lup. de palaci. ruuios in rep. rubri. de do. inter virũ et vxorẽ. §. lxvj. nu. ij. chart. xlv. vbi optime loquit q̃ conjuges sunt socii in damnis ⁊ debitis.

Lex regni.

et est. l. foro. ll. lib. iij. titu. xx. l. xiij. incipien. todo deudo. ⁊ l. stili. ccvij. incipi. (todo el deudo.) ¶ Et limitta in casu quo mulier renunciaret commodũ et damnũ negotiationis vt in. l. stili. ccxxiij. incipi. otrosi el marido. facit casus. in. §. sed quia stipulatio. in fine. ibi (nullo nec dãno nec cõmodo apud heredẽ remanẽre.) insti. de fideic. hereditã. vbi clare probat q̃ facta restitutione heredi

Lex stili.

tatis in fideicõmissarium periculo suo totũ damnũ ⁊ cõmodũ spectat ad eũ ⁊ nõ ad heredẽ. ¶ Et quo legendo ibi (viri) esse pro

Questio.

decisione questionis. que talis est. inter Petrũ et Dieronymũ est cõtracta societas. alter ipsorũ vult ire Venetie. alter vero recusat. ipse dicit volo ire Venetie meo periculo et iactura. et sic profectus est socio cõtradicente suo proprio periculo ⁊ expensis. ⁊ contingit q̃ multa lucratus fuit. an socius qui noluit se exponere periculo debeat habere partem lucri. per predictũ ter. (diri) q̃ nõ et est bon⁹ casus. in. l. quia poterat. in versi. nã cũ alieno periculo. ff. ad trebelli. ¶ Nõ enim ferendus est is qui lucrũ quidẽ ample tur. onus autẽ ei anexum contemnit. ter. in. l. vni. §. ꝓcũdo. C. de caducis tollend. et ita determinat Bar. in. d. l. quia poterat. col. ij. et allegat ter. in. §. illud. insti. de societa. ⁊ facit ter. in. §. manet. eo. titu. ⁊ alia plura more legentium diri in confirmationem istius questionis. Ea tñ omissa ad institutũ redcũdo q̃ teneãtur ad debita inter eos cõ

Lex partit

tracta durãte societate. Fallit in casu. l. xxv. tit. xliij. part. v. incipien. comprada. in versi. pero los bienes dela muger ꝛc. Hodie vero

Lex Thau.

vide. l. lxj. Thauri. q̃ est singularis. vbi vi. Cifontanum. Didacus Perez.

¶ Ergo cum ꝓpter debitũ vni⁹ viri factũ cõstãte matrimonio. i societate sit cõtractũ debitũ. vt supra dictũ est. illud debitũ nõ solũ est imputãdũ parti vnius socij. s. viri delinquẽtis ⁊ solius debitũ celebrãtis: sed etiã parti alterius socij. s. vxoris ⁊ nõ delinquentis: ⁊ tale debitũ nullo modo cauſantis. ⁊ sic de illo lucro sic obtẽto durãte matrimonio. i. societate nil cõsequit vxor cũ sit es alienũ.

7 ¶ Nã bona cõfiscata loco eris alieni habẽtur. ter. est no. in. l. in rõne. la primera. in. §. cũ quedã. ff. ad legẽ fal. ⁊ not. Bal. in. l. penul. in penul. col. C. de condi. insertis. sine quo deducto nulla bona seu lucra possunt dici neq; cõsiderari. vt in. l. fi. ff. de vsufru. lega. ⁊ in. l. cum emãcipati. §. j. ff. de colla. bono. ⁊ in. l. sub signatũ. §. j. ff. õ verbo. signifi. ⁊ in. l. siquis seruũ. §. fi. cũ legib⁹ sequẽtibus ff. de lega. ij. ⁊ in. l. non possunt. ff. de iure fisci. premarime q̃ hoc est quodã infortunũ

8 q̃d sequit ipm virũ. ¶ Et vxor debet participare infortunũ ⁊ calamitatẽ ipsius viri. vt in. l. si cũ votẽ. §. si maritus. ff. solu matri.

9 ¶ Adeo q̃ lz de iure quotiẽs marit⁹ vergit ad inopiam cõstante matrimonio possit ab eo per vxorẽ repeti dos. vt. d. l. constãte. ⁊ in. l. vbi adhuc. C. de iure doti. tñ si maritus ꝓpter suũ infortuniũ deueniat ad paupertatẽ. vxor hoc infortunio viri sui participabit. ⁊ sic nõ poterit repetere a marito suo eãdem dotem. vt tenet Jaco. de are. in dicta. l. vbi adhuc. vt ibi inferũt doctores. in dicta. l. si constante. in princi.

¶ Adde regia. ¶ Additio. l. xxix. incipi. Baratador. titu. xj. parti. iiij. q̃ paupertas mariti non facit lo-

Lex regni.

Universidad de Salamanca. BGH

cum repetitionẽ dotis si proueniat absq; eiꝰ culpa. sed mores viri. et istã partem esse tenẽdam in vtroq; foro tã in iudicando q̃ in cõsulendo firmat Joan. lup. de pala. ruui. in rep. c. per vestras. §. rriiij. fol. lrr. ð dona. inter virũ ⁊ vxo. miserendũ enim est ei cũ in felicissimum genus in fortunij sit fuisse felicem scõm Boetiũ. ¶ Et bene ꝓbatur et adductis a Jaso. in. l. si constante. col. rriij. num. clxi. ff. soluto matrimo. ¶ Vbi Bar. sentit illã. l. et similes habere locũ etiã si inopia mariti absq; eius culpa ꝓueniat. in col. v. num. rvij. et est cõmunis scõm Crot. vbi nu. rriiij. et in. ij. lectura. nu. clv. ⁊ Ripa. in col. x. versi. secũdo casu. num. xl. ⁊ secũdũ Joan. lup. vbi supra. in. d. c. p vestras. q̃uis anchar. post gl. ibi teneat contrariũ.

De iure regni quid.

¶ Sed cũ in hoc regno sit predicta lex paritꝫ erit assentiendũ cũ dictis in capite istius annotationis. p Joan. lup. vbi domi. eps Calaorẽsis in cius additione dicit. Adde q; ista. l. regni hoc disponens (vt a doctissimis viris audiui) praticatur quotiẽs vxor petere vult dotem a viro nullis apparẽtibꝰ creditoribus: eis tñ instantibus tunc vxor constante matrimonio et etiam viro existente inope ob casum et nõ suis malis moribus vxor prefertur eis ⁊ potest se opponere prefacta lege non refragante que pratica est satis equa vt cõstat. Hec ille. q; est summe notãdũ q; millies dubitatur de hoc. Didacus Perez Salmantinus iuris canonici et ciuilis professoris.

Adnertẽdũ est ad hec.

10 ¶ Quinto facit. nã lege cauet q; quoties vnus sociorũ rẽ aliquã alii tertio furto subtraxerit. nõ solũ ex delicto illius socij ipse solus socius tenebit ad duplũ seu ad quadruplũ sed etiã alius socius qui furtum nõ cõmisit. ⁊ sic toti societati seu oꝰ ꝓtoꝰ illius societatis illud delictũ per vnũ solũ socium cõmissum imputabit. ⁊ est huius decisionis ratio: q; cũ socij expectẽt ex ipsa societate lucrũ cõmune. ita debẽt esse parati ad patiendũ damnũ cũ sit regula iuris ⁊ nature. iste est tex. qui ponit istã decisionẽ in. l. si igitur. ff. pro socio. cũ ergo maritus ⁊ vxor sint pro dicto est ⁊ inferius latius dicetur sint socij videtur dicendũ q; delictum ipsiꝰ mariti propter qõ venit pena cõfiscationis. nõ solũ in hac societate nocebit viro quo ad hoc vt sua pars dictorũ lucrorũ cõfiscet imo q; noceat vxori quo ad hoc q; pars sua dimidia eorũ bonorũ veniat cõfiscãda. ⁊ sic q; omnibus partibus tã vniꝰ socij vel delinquẽtis. videlicet viri q̃ alterius nõ delinquentis. s. vxoris delictũ vnius veniat imputandum ⁊ sic toti societati. nã cũ vxor sit parata ad bendũ cõmodũ. ita debet sperare damnum quod ꝓpter aliquod infortuniũ tam vnius q̃ alteriꝰ. vel forte amborũ poterit euenire premaxime: q; in presentiarũ vxor non agit de dãno euitãdo imo de lucro perdendo ⁊

¶ Aliud est pati dãnũ quã lucrũ non sentire. vt in. l. fi. C. de codi. ⁊ in. l. ij. §. itẽ varius. in. fi. ff. ð aqua plu. arc. ⁊ in. l. j. §. si cui. eodẽ titulo. ⁊ in. l. is cui commodata. ff. de furt.

¶ Serto facit. nam licet vxor de bonis durante matrimonio obtentis habet medietatem cauetur tamen lege stili.

¶ Additio.

¶ Supple q; hec l. stili est. ccv. incipi. Si alguno seyendo casado. et est simi. lex ordinamẽti. lib. v. tit. iiij. in. l. iiij. incipi. en las cortes. ⁊ adde Joan. lup. in rep. rubri. de dona. inter vi. et vxor. §. lrij. nu. rrij. et in. §. lxvj. num. rrviij. Ferdi. gomez. ariam in. l. lij. Thaur. nu. l. cum sequẽtibus. et Suarez in lib. fori. titu. de las ganancias. chart. rxj. col. i. vbi banc legem. ccv. stili dixit notabilẽ. Didacꝰ Perez.

Lex stili.

Lex ordi.

¶ Quod si maritus voluerit põt dicta lucra inuita ⁊ cõtradicẽte vxore vendere ⁊ sic alienare. ¶ Cũ verbũ vẽditionis significet omnẽ alienationẽ. vt in. l. statu liberi a ceteris. §. fi. ff. de statu libe. ibi dum dicit. quũ ler duodecim tabularũ emptiõis verbo omnẽ alienationẽ cõplera videk. ⁊ est etiã tex. in. l. quicũq; . §. ci ad quẽ. ff. de instito. acti.

12 Vẽditiõis verbum.

¶ Additio

¶ Adde tertũ. Bal. ⁊ Paul. de castr. in. l. ij. C. de vsucapi. pemptore. vbi Lepol. nu. rxv. Roma. in sing. cviij. (verbũ emptionis ⁊ vẽditiõis.) Feli. l. c. Platorũ. nu. v. ð accusa. Jaso. in. l. cũ dubitaf. nu. cij. C. de iure emphi. et in. l. filius fami. §. dixi. in. j. lectiõe. nu. cvj. et ibi Ripa. nu. lxxriij. ff. de lega. i. Antroni. Burgense. in rubri. col. fin. de empti. ⁊ vẽd. Cassane. in consuetudi. Burg. rub. ir. §. r. num. rxriij. Joan. Bern. in tracta. fallenti. regul. incipiẽ. vẽditionis. Didacꝰ Perez.

¶ Sz sicẽ q; maritꝰ cõmittẽdo dictũ capitale vt ẽ hoc crimẽ heresis alienat bona sua: q; ipso iure ⁊ facto etiã bona sũt ꝓfiscata. vt in. c cũ scõm leges. ð hereb. lib. vj. ⁊ in. l. qsiçs. C. ad legẽ. Jul. maie. ergo vxor nõ põt nec; dz hẽc aliqd de illis bonis cũ ipa innita sint p delictũ sui mariti alienata. ⁊ sic cũ natura

ipsorũ bonorũ sit alterata. alterak ipsorũ bonorũ acqsitio. vt notak in. l. hereditatis. C. de peti. heredi. ⁊ in. l. hereditatem. C. de longi

13 tẽpo. ꝓscripti. ¶ Septimo facit p hac prima pte negatiua. ter. no. in. c. decreuit. de bere. lib. vj. vbi dicit ter. q; qsi maritus incidit in crimẽ heresis lz bona mariti cõfiscentur. dos tñ vxoris heresim ignorãtis nõ cõfiscat. ⁊ sic sola dos dz remanere penes vxorẽ. cum ille ter. in vno casu concedat aliquid penes vxorem remanere. s. dotem de aliis bonis. hoc est de obtẽtis durãte matrimonio ꝓhibere vk. arg. ter. in. l. marit⁹. C. de procura. ⁊ l. ait pretor. ff. de iudi. ⁊ ter. in. l. labeo. ff. ð cõpẽsatio. ¶ Premaxime q; dictio sol⁹ sola. solũ est exclusiua. vt ẽ ter. in. l. ij. ff. ð vsu. ⁊ habi. ⁊ in. l. bijs solis. ff. de cõdi. ⁊ demõ. ⁊ in. l. eum qui. §. mulier. ff. de iureiuran.

14 Solus dictio.

¶ Additio.

¶ De hac dictione solus. adde Philip. deci. in consi. ij. col. iiij. nu. vij. lib. j. Jaso. in. l. j. nu. vij. C. de bono. possessi. contra tabul. et in. l. qui Rome. §. duo fratres. num. rrrvij. ff. de verb. obliga. Ludo. gomess. in. §. fuerat. nu. rrrvij. insti. de acti. ⁊ alibi dixi. Did. Pe.

¶ Et sic lz vxor habeat dotẽ quã omnia iura sibi nõ negant. nõ tñ habebit medietatẽ dictorũ lucrorũ. cũ hoc videak ꝓhibitũ per dictũ. c. decre. ¶ Arg. a cõtrario sensu q; ẽ validũ in iure. vt est ter. i. l. j. ⁊ ibi Bartb.

15 Argumẽtũ a contrario sensu. in. ij. col. in ver. nota. ⁊ in ver. hui⁹ rei. ⁊ in. iij. charta. in ver. oppono dicit hic. ff. ð offi. eius. cui mã. est iuris. ⁊ tenet Bal. in. l. conuenticulã. in. j. col. ⁊ in. j. oppo. (. de episco. ⁊ cle. ⁊ docto. in. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. ⁊ in. l. inter socerum. §. inter. ff. de pactis dota. ⁊ habitur in. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam.

¶ Adde.

¶ Philip. deci. in cõsilir. nu. iiij. ⁊ cõ. cclxxriij. nu. ij. ⁊ cons. ccclxiiij. nu. ij. ⁊ Nicola. cucrard. in locis legalib⁹. c. iiij. Tbo. parpali. in repe. l. ij. col. iiij. ff. solu. matri. Roderi. Suarez. allega. xiij. vsi. ꝓterea argumẽtũ a ꝓtrario. meli⁹ q̃ alibi p Aler. in. l. j. nu. lx. ⁊ in nu. rxxviii. ff. de offi. eiꝰ cui mand. est iurisd. ⁊ in. l. ũ cũ dotẽ. nu. xvj. ff. soluto mat. probãtes q; dispositio ita potest colligi in sensu contrario tacito vel implicito sicut in directo vel explicito. ⁊ ad istã regulã ponit decẽ ⁊ septẽ notabiles limitationes Bartho. Soci. in tract. fallẽtiarũ. in regu. rxviij. argumẽtũ a cõtrario. Didacꝰ Perez.

De eadẽ re.

¶ Et est rõ: q; tale argumentũ a cõtrario sensu dicit mens cõiectura. l. vt notat glo. ⁊ ibi Bal. ⁊ docto. in. l. apud antiquos. in pma col. in ver. itẽ nota aliud. C. de fur. vt pz etiã in. l. j. ff. si tabu. testa. nulle crta. nã a cõtrario sensu est casus legis. vt notat Bal. in. d. l. apud ãtiquos. allegãdo ter. in. d. §. mulier. ¶ Et ego dico q; tale argumẽtũ nõ ẽ casus legis obscurus: imo ẽ aptissimꝰ. vt est ter. no. in. l. sicꝭ locupler. in fi. ibi vt aptissime curare videak ⁊c. ff. de manu. testa. lz sit intellectꝰ subaudit⁹ vt tz Bal. in. l. ij. C. de cõdi. insertis. ¶ Sz ꝓdictis fundamẽtis ⁊ rõnibꝰ prima facie vrgẽtibꝰ nõ obstãtibus cõtrariam Opinio affirmatiua autboris. (q̃ l. rxxvij. tauri est cõpro bata) dcdũ citur. inlaz puto verã ⁊ credo eã rẽ ipsa veritatẽ. ⁊ ꝓ ista scõa pte affirmatiua cẽ de iure iudicãdũ. ⁊ sic q; dicta vxor possit habere dictã medietatẽ bonorũ viro suo cõdẽnato ⁊ suis bonis cõfiscatis quẽ admodũ ipsa vxor erat illam medietatẽ dictorũ bonorũ habitura si maritus suus nunq̃ tale delictũ commisserat quod fundo sequentibus fundamentis.

¶ Primo sic per ter. in. l. cũ duobus. in. §. dãna. ff. pro socio. vbi dicit ter. q; si aliquis 16 accepit pecus pascẽdũ cã societatis extimatione prestare nõ tenek si facto intercidat: q; damna fatalia q̃ accidũt imprudentibus ⁊ ignorãtibus nõ prestant. vnde si aggressura latronũ vel incẽdio pericrũt dãnũ cõmune erit toti societati. sequik. ibi terꝰ ⁊ in hoc facit. nisi dolus vel culpa imputari possit socio: q; tũc non imputabik toti societati: imo ille dolus illi soli socio delinquẽti ⁊ sue parti bonorum nocebit ⁊ non parti alterius socij.

¶ Sic ergo videk ⁊ est dicẽdum in presenti qñ dũrãte matrimonio aliqua lucra sũt obtenta tanq̃ obtenta inter socios veniũt cõmuniter ⁊ viriliter dividenda cũ inter virũ ⁊ vxorẽ sit qdã societas. ⁊ sic bona illa pereãt casu fortuito illud imputãdũ erit toti societati. ⁊ sic omnibꝰ partibꝰ illius societatis tã parti vxoris q̃ viri. sed si aliqꝺ damnũ illi societati cõtingat p culpã ⁊ dolũ mariti vt fuit in presenti casu: q; cõmittẽdo maritꝰ delictũ heretice pravitatis. non solũ culpa verũ etiã in dolo deprehẽdik illa culpa dolꝰ et delictũ mariti sibi ⁊ sue tãtũmodo parti veniunt imputanda nõ autẽ societati ⁊ sic parti quã in illis bonis habet vxor. ⁊ sic medietas dictorũ bonorũ viro delinquẽti attingẽtiũ erit ipso iure cõfiscata. nõ tñ altera medietas eorũ bonorũ vxori nõ deliquẽti cõpetẽtiũ cõfiscabik: imo penes vxorẽ remanebit.

¶ Ad idẽ ⁊ ꝓ hoc. s. q; volꝰ mariti nõ nõ 17

Universidad de Salamanca. BGH

ceat societati vroris neq; parti quã in illa so
cietate et respectu societatis habet vror facit
ter. in. l. si ex duobus. ff. de nora. actio. vbi di
cit ter. q; si duo erãt socij vnius serui ⁊ vnus
dominor; iussit seruo vt delictũ committeret
qui seruus cõmisit pro vt iussum sibi fuerat
⁊ iubens nõ valẽs dare seruũ pro nora cum
fuit in dolo. et sic insolidũ tenebatur et illum
seruum pro nora. dãdo nõ liberabitur. vt in.
l. ii. ff. de nora. actio. soluit solidũ dãnũ quod
seruus fecerat hoc dãnũ quod cõtingit pro-
pter vnum solũ socii delinquẽtẽ illi soli erit
imputandũ: non autẽ alteri socio qui nõ iuſ
fit imo ignoras iussionis erat. ⁊ sic nõ potest
iste socius solidũ damnũ soluẽs respectu deli
cti per seruum cõmissi ab altero socio partẽ
illius dãni repetere cũ sibi suus dolus nõ al-
teri socio sit insolidũ imputãdus. sic ergo in
presenti dicere debemus cum solus maritus
idẽq; socius cõmittendo dictũ delictũ fuit in
culpa ⁊ dolo soli marito ⁊ sue soli parti q̃ in
18 illis lucris habet erit imputandum. ¶ Ad
idem facit ter. in. l. adeo. §. fi. versi. q; in alea.
. ff. pro socio. vbi dicit ter. q; si eram⁹ duo so-
cij ⁊ vn⁹ nostrũ lussit ad tarillos vel in adul-
terio sit deprehensus. et propter hoc aliquid
perdidit seu in aliqua pena est condẽnatus.
hoc non est iste socius laturus ex medio. i. ex
ipsa tota societate sed sue parti venit hoc im
putandũ. non tamẽ parti alterius socij. sic er
go in presenti dicamus q; quẽadmodũ qui
lussit ad tarillos dicitur esse in lata culpa. vt
notat Cy. in. l. pactũ. ⁊ in authẽ. ex testamen
to. C. de coll. q̃ lata culpa equiparatur dolo.
et in. l. q; nerua. ff. de posi. ⁊ sic ludentem se-
quatur infortunium ludens dicitur perdere
vt de se clare pateat cũ ludus descẽdat ex cri-
mine. vt est ter. in. l. nã ludus. ff. ad legẽ aqui
liam. ⁊ est ter. ⁊ glo. ⁊ notat Bar. et sequitur
Bald. in prima consti. ffor. in. §. illud vero.

Ludꝰ an di
cat crimẽ.

¶Additio. ¶ An ludus di-
catur crimen vide
Paridẽ a puteo:
in tracta. de ludo. num. liij. ⁊ per Baptis. ca
cialup. in tracta. de ludo. q. xviij. num. lxxxij.
vbi materiam ludi optime disserunt. quibus
in eadẽ materia est addẽdus Stepha. coste.
in tractatu. de ludo. Calca. consil. ij. versi. se
cundo pro hoc facit. nume. iij. ⁊ Deci. consi.
cxv. nu. iij. Abb. in. c. clerici. col. ij. num. iiij.
de vita ⁊ hon. cleri. Pau. de cast. in. l. Pa-
pinian⁹. §. si quis. nu. iij. ff. de prescrip. verb
Bal. in. l. fi. nu. ij. C. de condi. ob caus. dato
⁊ Ange. in. l. filio fami. §. j. nu. j. ff. quarũ re.

actio non da. plura per Ange. arcti. in trac.
malefficio. in verbo. metidore de mali vadi.
optimũ verbũ per Lepol. in cautel. lv. si ali-
quis scholaris. Deci. in. l. in iure. nu. vj. ff. de
regu. iur. ⁊ Tiraquell. in repeti. l. si vnq̃. in
verbo. donatione largitus. nu. cclxxij. versic.
quero decimo octauo. C. de revocã. donat. ⁊
Hieroni. cagnol. in rep. probemi. ffor. mun.
clxxv. vbi ipse notat cy. §. illud. eiusdem pro
bemii. ¶ q; scholares nõ debent ludere nec Nota con-
se ludis immiscere ⁊ idẽ notãt Paris ꝺ put. tra scholã-
vbi supra. in prin. nu. xj. ⁊ Lacialup. nu. xvj. res.
in. ꝺ. tractatibus de ludo. q; male seruãt non
nulli scholares consumẽtes corpus ⁊ tẽpus.
⁊ q; magis dolẽdũ est animã qui si moniti a
iudice essent incorrigibiles mittendi forẽt ad
patrem prout quõdam Salmãtice fiebat. ⁊
non eos excoriare maximis veraminibus et
erpẽsis in auditis prout ab officialibus fieri
cõsuevit. q̃ sunt excoriatores pauperũ quos
Bar. in repe. l. omnes populi. in. v. q. princ.
ff. de iusti. ⁊ iur. congruentissimo vocabulo.
¶ Canes curiarũ et devoratores ciuiũ ap-
pellat. quẽ refert Jaso. in. §. tripli. num. lxij.
insti. de action. ¶ Et nouissime de restitutio
ne lucratorũ in ludo. vid. doctorem Joan.
de medina in libr. de restitutione. q. xxj. Ru-
bric. de reb⁹ per ludũ acquisitis. char. lxviij.
Didacus Perez Salmantinus.

¶ Ita maritus qui cõmisit delictũ hereticę 19
prauitatis. nõ solũ dicitur esse in culpa lata.
sed etiã in vero dolo malo tale delictũ perpe
trãdo dicitur perdere bona sua cũ ipso iure
sint confiscata. ergo marit⁹ sic culpabilis do
losus ⁊ delinquẽs ⁊ sic sua perdẽs nõ est latu
rus de tota societate. et sic de omnibus parti
bus. sed de sua tantũmodo parte q; ipse sic
delinquendo perdiderat. et sic hoc casu equi
paratur maritus delinquẽs ludẽti ⁊ perden
ti cum maritus delinquẽdo nullũ aliũ cõtra
ctũ cũ fisco facere dicatur. ¶ Nisi quedam 20
cõtractũ donationis cũ ex sua causa lucrati-
ua fiscus ad ista bona dicat venire. vt tenet
Ang. de are. in. §. fi. instit. quibus mo. testa-
men. infir. cũ ergo marit⁹ donat dicitur per-
dere. ¶ Nã qui donat perdit. vt est ter. not. 21
in. l. si filiusfami. in principio. ff. de donatio. Donare est
perdere.

¶Adde. ¶ Bonã gl. in extraua
gan. q; quorũdã. verbo.
necessario. de verbo. sig.
Joa. pape. xxij. ⁊ Joa. lup. in rep. Rubr. de
dona. §. iij. fol. iij. col. ij. nu. iij. ⁊. §. lxvj. num.
xxviij. ad finẽ. foli. clviij. co. ij. gl. in. l. procura
tor cui generaliter. ff. de proc. Bal. in. l. j. nu.

rv. C. ꝺ bonis mr. Lassa. l cõsue. Burg. so.
ccxxij. col. iiij. rub. vj. §. vij. nu. xxv. Di. Pe.
zz ¶ Et posito casu negato q; ꝓpter delictũ
ipsius mariti hoc dãnum cõtigisset vrori ad
hoc vt in fiscũ sua medietas trãsferreret ma
ritus teneretur siue vroris actione ꝓ socio ad
resarciendum illud dãnum qꝺ passa fuerat
ꝓpter delictum sui viri q; als passura nõ
erat. ⁊ sic propter delictum viri primat vror
illo debito legali. ⁊ q; maritus idemq; soci⁹
teneatur sue vrori eidemq; socie ẽ ter. in di
cta. l. adeo. §. finali. ver. fi. vbi dicit ter. qꝺ ve
ro dolo nr̃o socius dãni receperit a nobis re
petet si ergo vror cõtra suũ maritũ habet
actionẽ pro socio ratione supradicta ergo
habebit illam actionẽ cõtra fiscum eundẽq;
successorẽ suũ. vt in. l. ij. C. ad legẽ Juliam.
de vi. pu. vel. pri. ⁊ in. l. fiscus. in prin. ff. de iu
23 re fisci. ¶ Pro quo facit etiã ter. notabilis
Vror. in. l. marito. in prin. ff. so. matri. vbi vror cõ
numeratur tanq̃ creditrix quo ad agendũ
cõtra fiscum inter ceteros creditores. quan
to magis quia vt dixi ⁊ inferius latius dicã
non perdit vror dictam medietatem bono-
rum neq; in fiscum transmittitur nisi dica-
mus q; omnia transmittat ad hoc q; fiscus
soci⁹ in bijs bonis vroris possint inuita vro
re socia alienare dicta omnia bona. nã hoc
habet fiscus ex priuilegio speciali. vt est ter⁹
in. l. ij. C. cõmu. re aliena. ⁊ in. l. vnica. de vẽ
di. re. fisca. cum pri. cõmu. C. lib. x. nã tunc
fiscus ratione partis quã habet in dictis bo-
nis respectu societatis potest vendere. totũ
lz regulariter sit contrarium. vt in. l. si soci⁹.
ff. si certũ peta. ⁊ in. l. j. C. cõmu. diui. ⁊ in dic-
tã. l. ij. ¶ Vnũ tamẽ est quod fiscus in hoc
24 casu tenetur socio refundere partem precij.
vt in dicta. l. vnica. ⁊ sic dicamus in presenti
q; licet in fiscum omnia dicta bona supradi
cta transferantur. nihilominus fiscus tenea
tur ad restitutionem precij pro parte que in
ipsum fiscum fuit translata. ⁊ ad vrorem
25 pertinebat. ¶ Quod etiam potest probari
per textum in. l. si is cum quo. ff. commu. di-
ui. vbi dicit textus. q; si eramus duo socij
vnius domus. ⁊ meus socius committẽs de
lictum a iudice pluries citatus ⁊ non ve-
niens propter suum delictum ꝛc. contuma-
cie dedit occasionem vt iuder fecisset com
buri domum communem quod cõtra meũ
socium ad hoc damnum propter suam con-
tumaciam ⁊ delictum mihi obueniens ba-
beo actionem communi dividũdo: ergo eo
dem modo contra fiscum tanq̃ cõtra suc-

